¶ In gl.pe.ibi,*pars debent eſſe*.Inn.cũ quo cõiter alij trãſ
eũt,dicit,ꝙ circũſcripta conſuetudine debet eſſe æqua-
litas reſpectu ſalarij:ſed reſpectu teſtiũ & aliorũ neceſſa
riorũ,attendunt merita:maximè vbi præbendę nõ ſunt
diſtinctæ.Et hoc procedit etiã reſpectu bonorũ cõmu-
niũ mẽſæ groſſæ capituli,ſecũdũ eũ.Cui addit.d. Abb.
idẽ in cibarijs.& allegat.c.nõ cogant.cũ gl.xj.diſt.& glo.
in.c.Epiſcop[9].xij.q.ij.& tex.in.l.ſed & ſi quid.ff. de vſu-
fru.ibi,alere & veſtire ſecundũ dignitatẽ.& in.c.cum ad
monaſteriũ.de ſta.mo.niſi cõſuetudo faciat oẽs ęquales
ſecũdum eũ.¶ Adde.d.Ab.in.c.nobis.de iurepatro.vbi
dicit,ꝙ patronus ſuſtẽtat ab eccleſia ſecundũ qualitatẽ
generis ſui,tã in veſtibus quã in cibis.Et prædicta ponit
do.Abb.in.c.ſtatuim[9]ĵ.de ma.& obe.no.Bal.in.c.ad au
res.ĵ.de reſcr.allegãdo.d.l.ſed & ſi quid.quã etiã allegat
gl.in.c.deniq̃.iiij.diſt.Et dicit Bald.in.d.l.ſed & ſi quid.
ꝙ abbas debet ſe melius cæteris induere.facit gloſſ.in.c.
cõquerente.de cleri.non reſiden.& in.c.clericus ab inſtã
ti.xxj.q.j.& in.c.cũ adeò.in glo.fi.ĵ.de reſcript. volentis,
ꝙ in conſideranda ſufficientia beneficij,attendat nobili
tas & dignitas clerici.¶ Adde etiã tex.in.l. habitatio .ff.
de ven.in poſ.mit.ibi,ſecundum dignitatẽ cibaria præ-
ſtanda.Et ibi dixit Nico.de Neapo.ꝙ meliores expenſæ
debent fieri familiaribus Cardinalium,quã alijs.vñ dici
tur in*.c.vnũ orar.*.§.criminis. xxxv.diſt. ꝙ peccatũ eſt
adminiſtrare pauperibus delicata cibaria.¶ Et ſimiliter
dixit gl.in.l.itẽq̃.§.Labeo.ff.man.ꝙ in taxandis expen-
ſis ruſtico vincenti cãm,non cõputatur equus:quia de-
buit ire pedes.Et idẽ Io.an.in ti.de teſte.§.qualiter . ver.
teſtes aũt exhibendi.& Bal.in.l.qñ liberi.in prin. C. de
teſt.& in.l.nimis graue.C.de teſt.&.d.Ant.in. c. finẽ. in
b xx.col.ĵ.de dolo.& cõtu.Simile dixit gl.in.l.ſeruus[b]vrba
nus.de leg.iij.& in.c. Vulteranæ.xij.q.ij.& gl.& Archi.
in.c.j.xvj.q.vij.¶ In glo.fi.in fi.intelligit Hoſtiẽ .dũmõ
in abſentia quis deſeruiat ꝑ vicariũ,vel aliâs in abſentia
deſeruiat eccleſiæ:aliâs nõ valeret cõſuetudo tãquã one
roſa eccleſiæ,per.c.j.de cõſuetu.ſecũdũ eũ & alios , Sed
do.Abb.remittẽdo ad ſuã repe.c.extirpãdæ.§.quia verò
ĵ.de p̃b.tenet,ꝙ ceſſante magno præiudicio eccleſiæ,va
leat cõſuetudo,qñ nõ ſeruiat etiã ꝑ vicariũ.Si verò ec-
cleſia patitur dãnũ in miniſtris,tenet dictũ Hoſtiẽ.aliâs
aũt tenet indiſtinctè hãc gl.Nã quilibet clericus ſaltẽ de
ſeruit eccleſiæ vniuerſali.Facit quod no.Inn.in.c.cũ ian
dudũ.ĵ.de præbẽ.Nã olim ſine ſeruitio ſpãli ſubuenieba
tur clericis indigentibus ex bonis cõibus eccleſiæ.c.vidẽ
tes.xij.q.j.ſecũdũ eũ.¶ Sed cõclude ex dictis.d.Ant.do.
Car.Io.de Imo.& Do.hîc,& Arch.ĩ.c.ſacerdotib[9].xxxj.
di.cũ quo trãſit ibi Do.& ex dictis Hoſt.Io.an.&.d.An
to.in.c.ex parte.ĵ.de cõceſ.præbẽ.& do.Maria.de Senis,

a ¶ Factũ,Ad quod adde do.Flori. in l.is cuius in fi. ff. ſi ſerui.ven.& in l.ſi colonus.in fi. de aqua plu. arc. & l.præce.§. idẽ Iulia.& l.licet gratis.in fi.nau. cau. po.ſtabu.
In gl.pe. faculaas & merita diſtinguunt veſtimenta & charta.

Ruſtici dicuntur ire pedes.

b ¶ Gl.in.l.ſeruus. Vide etiam illam gl.quæ eſt in verbo ex libellis.dicentem etiam ꝙ ruſticorum cibaria ſunt panis groſſus,caſeus,faba,& cepa:non pulli.

in eleganti repe.in.c.ex tuæ.in.xxxiiij.col.ver.ſextò li-
mitatur.ĵ.de cle.nõ reſi.ꝙ regulariter valeat conſuetudo
ꝙ quis non reſideat:nec etiã ſeruiat per alium.per no.in
c.gratia.de reſcr.in.vj.& in cle.gratiæ.de reſcr.& per gl.
pe.in.c.dudũ.de ele.Et hoc procedit etiã ſi ex ordinatio
ne teſtatoris eccleſia deberet conferri vni,ꝙ ibi quoti-
die celebraret:quia valet conſuetudo,quòd per alium ce
lebret ſecundum Lap.alle.xxxvj.inci.vtrum abſq̃ diſpẽ
ſatione.Quinimo dixit Inn.in.c.ex tuæ.circa med.verſi.
itẽ oportet,ꝙ prædicti.de cler.nõ reſi.ꝙ valet cõſuetu-
do,vt nõ petita licẽtia cleric[9] abſentet ſe à beneficio ſim
plici nõ relicto vicario.dummodò nõ cã vagãdi:quia ad
hoc etiã nõ ſufficeret licentia prælati.& ſequitur ibi do.
Ant.in vlt.col.Et adde.d.Abb.in.c.licet.in fi.de præbẽ.
& in.c.tuę.in fi.ĵ.de cle.nõ reſi.vbi dicit,ꝙ licitè abſentat
33 ſe quis à nõ curato cauſa ſtudij nõ relicto vicario.† Qđ
limita,niſi eccleſia nõ curata ĩdigeret ſeruitio miniſtri:
quia non valet cõſuetudo,ꝙ nõ dimittatur vicari[9] ſecũ-
dum.d.Ab.in.d.repe.§.qui verò.Sunt tñ quinq̃ caſus,in
quibus nulla conſuetudo excuſat nõ reſidẽtẽ.¶ Primus
eſt in beneficio curato per.c.licet canõ.de ele.in.vj.licet
certo caſu diſpenſetur,quòd deſeruiat per vicarium.de
quo in.c.cũ ex eo.de ele.in.vj.de quo aliquid ĵ.dicã. ¶ Se
cundus caſus eſt,qñ eccleſia cathedralis patitur defectũ
in miniſtris,ꝑ no.in.d.§.quia verò.& no.in.c. peruenit.
de app.¶ Tertius caſus eſt,qñ quis abſens ex cã iniuſta:
quia tunc videtur,ꝙ nõ valet conſuetudo,niſi deſeruiat
per vicarium,ſecundum Io.de lig.& Imo.hîc. ¶ Quar-
tus caſus eſt in beneficijs regularium etiã manualibus,&
ſine cura:vt dicit tex.in cle.ne in agro.§.ſanè.la.ij.de ſtat.
mo.niſi diſpenſaretur cã ſtudij:vt ibi dicitur.& ponit il
le tex.caſum ſpãlẽ in eo,quod reprobat hãc cõſuetudinẽ
ſecundum.d.Car.ibi.in.iij.op.¶ Quintus caſus eſt in di
ſtributionibus quotidianis per.c.j.& ibi gl.in ver.probã
tes.& in.c.receperint.de cler.non reſi.in.vj.¶ Et inquã
tum volunt prædicti non valere cõſuetudinẽ,ꝙ in cura
tis ſeruiat abſens per vicariũ cum ſit electa induſtria ꝑ-
ſonæ.ar.c.fi.ĵ.de of.dele.& c.is cui.e.ti.li.vj.cum cõcor.
¶ Adde Archi.idẽ tenentẽ in.d.c.ſacerdotibus.quẽ vi-
de & ipſum ſequitur Do.in.c.fi.cõtra Imo.ibi,de reſcri.
in.vj.in pe.col.Et ſi diceretur quõ diſpẽſatur:rñde ſecũ
dum do.Car.in cle.j.in.xiiij.q.de of.vicar.ꝙ non agitur
de magno præiudicio eccleſiæ ponẽdo vicarium ad tp̃s
maximè:cũ approbetur vicarius à ſuperiore . Nec obſt.
quòd aliqñ valet conſuetudo,quòd etiã vbi eſt electa in
duſtria perſonæ expediatur actus per ſubſtitutũ:vt vo-
luit pũctualiter Bar.in.l.nemo eſt,qui neſciat.ff.de duo.
reis.prout do.Ab.& ibi dixi in.c.firmiter.in.iij.co.C.de
ſum.tri.dum dicũt valere conſuetudinem,quòd doctor
ſeruiat ꝑ ſcholarem:quia illud tolerari põt in caſu Bart.
& ſimili.vbi de conſenſu eorũ,quorum intereſt inducta
eſt conſuetudo:ſed cũ hîc propter officiũ det beneficiũ.
d.c.fi.de reſc.in.vj.tenderet cõſuetudo ad tollendũ pro
pter quod id eſt inductũ beneficiũ.& ſic quaſi contra na
turã actus:contra.c.ij.cũ gl.de cõſue.lib.vj.ſecundũ Do.
in.d.c.fi.licet de Bar.nihil dicat de conſenſu ſuperioris
firmatur conſuetudo:quia ſicut expreſsè nõ poſſet tolle
re ius:ita nec tacitè ꝑ conſuetudinẽ irrationabilẽ.¶ Ad
de iſtis Arch.in.c.quia frater.vij.q.j.in glo.quæ incipit,
notandũ eſt.vbi dicit,quòd ſi Ep̃s cũ canonicis ſtatuat,
quòd canonici abſentes nihil percipiãt præiudicat abſen
tibus cã ſtudij,etiã ſtantè conſuetudine, quod abſentes
percipiãt præbendã.Allegat no.hîc,quia rationabilis cõ
ſtitutio ſeruanda eſt,per iſtũ tex.Et ſubdit,quòd excuſa
rentur abſentes,ſi dimitterent tantũ de præbẽda,quòd
congruè poſsit prouideri gerentibus eorum vices.& ſic
propriè loquitur Arch.licet ipſum aliter referat Pau.de
Leaza.in diſpu.ſua,quæ inci.vſurarius ceſsit.in.vij. col.
& vide do.Abb.conſi.lxvij.quod incipit,Ep̃s Lucanus.
vbi per

vbi per iſtũ tex.cõſuluit,ꝙ valet cõſuetudo,ꝙ canonici
nõ reſideãt,nec ſeruiãt per vicariũ.& ꝙ Ep̃s non põt pri
a uare non reſidentẽ:niſi citet[a] ſolẽniter,vt ibi per eũ . &
per eũdẽ in.c.ad audiẽtiã.ĵ.de cler.non reſi.¶ Extra glo.
ponit hîc.d.Ab.duo vtilia,quib[9] eſt addẽdũ.Primũ eſt,
ꝙ ad hoc,vt actus vniuerſitatis valeãt,debẽt ſimul con
uenire ſaltẽ duæ partes,per.l.nulli.ff.quod cuiuſq̃ vni-
uer.no.Ex quib[9] duab[9] debet ad minus maior pars con
ſentire,& ſufficiet,quia ſi duæ repræſentãt totã vniuer
ſitatẽ.d.l.nulli.& l.nominationũ.C.de decu.li.x.ergo fa
ctũ à maiori parte iſtarũ duarũ ,dicet factum ab ipſa to
b ta[b].Et hanc dicit eſſe cõem opi.Canoniſtarũ & legiſta
rũ,licet aliqñ gl.variauerint,vt hîc per eũ allegantem ad
prędicta Bar.in.l.oẽs populi.ff.de iu.& iur.& in.d.l.nul
li.& Inn.in.c.ij.ĵ.de no.oper.nũ.& ibi cõuenirẽt plures,
quã duæ partes,tũc requirit cõſenſus maioris partis cõ-
ueniẽtiũ:& nõ ſufficeret maior pars duarũ partiũ ,ſecũ
dũ eũ ſubdentẽ,ꝙ tertia pars nõ vocata à duabus poteſt
agẽdo de cõtẽptu reſcindere factũ à duab[9]:ꝑ.c. quod ſi-
cut.de ele.¶ Adde.d.Ab.eadẽ dicẽtẽ ĩ.c.j.ꝓpe fi.ĵ.de his
quæ fi.à ma.par.ca.& quòd debeãt cõuenire ſaltẽ duæ
partes,& ꝙ ſufficiat maior pars illa.Vñ tenet Do.in .c.
vnico.§.ſi verò.de cle.ęgro.in.vj.& Do.Ant.in.c.licet . ĩ
iiij.co.ĵ.de ele.dicẽs illũ tex.ponere caſum ſpãlẽ.& dicit
ibi do.Abb.in.iij.co.per illũ tex.quòd inquãtũ ibi ponit
regula probat opi.Bar.in.d.l.oẽs populi.quòd in ſtatu-
tis condẽdis ſufficit maior pars collegij:nec requirit, ꝙ
duæ partes cõſentiãt.Cũ p̃dictis etiã cõcor.d.Ant.& ibi
plenius do.Ab.in.c.cũ inter vniuerſas.ĵ.de elec.in.iij.co.
ver.quo ad tertiã.& ibi dicit,ꝙ licet aliqua iura require
re videant duas partes.d.l.nulli.& l.planè.e.ti.tñ ſufficit
ꝙ duæ partes reſidentiũ ſint præſentes.& geſta à maio-
ri parte illarũ duarũ,dicunt geſta à toto.c.& ſic cõcor-
dantur dicta iura.& cũ iſtis etiã cõcor.gl.in.c.bonæ . ij.
in ver.temere.de poſtu.pręla.& ibi.d.Ant.in.xv.co.ver.
no.gl.& ibi etiã do.Ab.in.viij.co.ver.& in fi.gl.& Ioan.
an.in Spe.in ti.de defen.in prin.in.j.addi.& Bart.in.l .ij.
ff.de decre.ab or.fa.& Spe.in ti.ſyndi.in prin.ver.itẽ qđ
nõ eſt.& Lap.alleg.ſua.cxxxj.ĩci.nũquid maior pars . &
gl.in aut.hoc ius porrectũ.in ver.maiorẽ.C.de ſac.ſanc.
eccl.& in.l.aliud.§.refertur.ff.de reg.iur.&.d.Anto.poſt
Ioã.an.in.d.c.j.de his,quæ fi.à ma.par.ca.& ibi Imo.latê
&.d.Ant.in.c.humilis.in.iij.co.de ma.& obe.&.d.Abb.
in.c.ij.circa fi.de no.ope.nũ.de quo per Imo.in.d.c. hu-
milis.in.iiij.col.dicit hanc eſſe cõem opinionẽ,vbi licet
conetur laborioſè oſtendere,ꝙ de rigore iuris canonici
ſufficiat maior pars eorũ,qui debẽt vocari,licet non fa-
ciãt duas partes vocandorũ:vt volunt multæ gl.Et ꝙ de
iure ciuili requirant duæ partes,nõ quidẽ vocãdorũ,ſed
totius vniuerſitatis:vt ibi latius per eũ dicẽtem ſe pone-
re noua & quotidiana.Sed nõ recedo ã prædictis , quæ
cõmuniter tenent:vt ipſe fatet,inquãtũ dictũ eſt vocan
34 das eſſe duas partes:intellige de reſidẽtib[9].† Nã abſentes
non vocantur,niſi in arduis,vt.ſ.dixi.& ita ſentiũt præ
dicti,& gl.ma.in fi.in cle.quod circa.de elec.& ideò,nec
ipſi,nec carentes voce cõputãtur in numero duarũ par
tiũ.quã tu declara,vt ibi ſubtiliter,per.d.Car.in.vij. qõ.
Et quòd reſidẽtes nõ vocati poſsint agere de contẽptu,
no.etiã.d.Ab.in.c.bonæ.ij.ĵ.de poſtu.præla.& in locis.ſ.
alleg.¶ Secũdò tangit hîc.d.Ab.vnũ nõ tactũ,nec deci-
ſum ab alio ſecũdũ eũ:videlicet vtrũ ad validitatẽ actus
oporteat neceſſariò,ꝙ interueniãt duæ partes.& ponit
duas concluſiones.¶ Prima eſt,ꝙ vbi eſt aliquis ad quẽ
ſpectat cõgregatio vniuerſitatis,ſi eo mandante nõ ve-
niunt omnes, poſſunt præſentes explicare actum etiã ſi
non conſtituãt duas partes,vel etiã maiorẽ partẽ reſidẽ
tium quaſi ex tali mandato conſtituantur in contuma-
cia,quæ tollit ius vocis.& allegat Inn.in.c.j.de maio. &
obed.& in.c.ij.de oper.no.nun.& in.c.cum nobis olim.

de elec.vbi vocati non veniẽtes faciunt ſe alienos.& ita
dicit ſentire gl.in.d.cle.quod circa.& Io.an.in.c.in cau-
ſis.de electi.¶ Secunda concluſio ſua eſt,ꝙ non exiſten-
te eo,ad quẽ ſpectat cõgregatio,ſi inſtat finis termini,po
teſt minor pars vocare maiorẽ,qua nõ veniente expe-
diat actũ.per no.in.d.c.in cauſis.& in.d.cum nobis olim.
Si aũt terminus non inſtat:tunc oportet,vt conueniant
duæ partes,quæ mouent tertiam:ne poſteà ageret de cõ
temptu,& ea non veniente ipſæ duæ partes expediant.
Et hanc opi.dicit putare veriorem.licet Bar.in.l.omnes
populi.voluerit,quòd oporteat ſemper intereſſe duas
partes.& not.bene ſecundũ eum.¶ Adde do.Ab. ponẽ
tem latius eaſdem concluſiones.in.c.cum nobis olim.in
vlt.charta.ĵ.de elect.vbi ſemper vide.Et ibi etiam addit,
vtrum ſi congregato capitulo in debito numero:aliqui
exeant poſsint remanentes actũ expedire.& conſyderat
tres caſus,de quibus per eũ.Cũ hoc vltimo adde Pet.de
anc.in ſua repe.c.j.in.xvj.char.ſ.e.& Archid.in.c.ſi for
te.lxv.diſt.quem allegaui cum Bal.ſ.in.ix.fallentia.ad.l .
quod maior.ad municip.Adde etiam dom.Abb.in.c.in
cauſis.in.v.col.ver.ſed aduerte.ĵ.de electio.vbi etiã reaſ
ſumit latê,quòd citatio habentis facultatẽ conuocandi
collegium conſtituit non venientes in contumacia:adeò
ꝙ ſine eis poſſunt actum expedire.Et ibi plenius reſpon
35 det ad motiuum Bart.in.d.l.omnes. ¶ † Sed dubiũ eſt,
quando in collegio non eſt,qui habeat congregare vtrũ
antiquior poſsit congregare adeò,quòd non obedien-
tes vocationi ſuæ conſtituantur in cõtumacia.& in hoc
Inno.dixit ꝙ ſic.in.c.j.ĵ.de ma.& obed.licet dicat , quòd
non poteſt eos mulctare. Et hoc dictum ſequuntur ibi
domi.Anto.Imo.Do.& latius.d.Abb.&.d.Ant.in.c.cũ
nobis olim.in.viij.col.de elec.& ibi domi.in.vj . colum.
& Bart.in.l.j.ff.de albo ſcrib.& do.Abb.in.c. quæſiuit.
de his quæ fi.â maio.par.ca.& Bart.in.l.obſeruare.C. de
decu.lib.x.& Bald.in.l.fi.C.de fid.inſtrumen.& in rubr.
C.pro ſo.circa prin.& in.c.imperialem.§.præterea.in vl.
col.C.de prohi.feu.alie.per Fede.& Ludo.Ro.in.l.ſi ve-
rò.§.de viro.in.liij.fallentia.ff.ſolu.matri.& do.Card.in
c.licet.de elect.& do.Abb.in.c.cum cauſa.in penulti.co.
de offi.delega.& in.c.auditis.in.ij.colũ.de elect.& Imol.
hîc in vlti.col.& l.j.§.fuit quæſitum.ff.ad Trebel.& Pe.
de monte in ſua monarchia.in.xj.col.& Bal.in.c j.in.vj.
col.de iud.& do.Card.in clemen.j.§.Abbate.in fi.de ſta.
mo.& Bal.in.c.quoniam contra.in.xvj.colum.ĵ.de pro-
ba.& in titu.de pac. Conſtan.in ver.in nomine Chriſti.
Et non intelligas de antiquiore ætatæ,ſed reſpectu ante
rioris receptionis,vt probatur ex gloſſ.in verſicu. anti-
quiores.in.c.fin.de conſuetu.in.vj.quam multum nota,
ibi Do.ad fin.pro literis Papæ facientibus mentionem
de canonico antiquiori .Bene facit,quod notat domi.
Abb.in capitu.primo.infrà de pen.vbi dicit,quòd illud
quod dicitur de facto maiore in diuiſione bonorum,in
l.prima,per Barto.C.de his,qui ſe defe.lib.x.cum con-
cor.intelligitur de maiore ratione diuturnioris admi-
niſtrationis bonorum,non ratione prioris natiuitatis,
quod nota. Sed quòd congregatio nullo caſu ſpectet ad
antiquiorem,ſentit expreſsè domi.Abb.hîc,& in dicto
capitu.cum nobis olim.& in dicto.c.in cauſis.dum dicit
quòd deficiente illo,qui de iure, vel conſuetudine ha-
bet congregare,debent duæ partes conuenire & congre
gare tertiam.Et ſi inſtet periculum,poteſt minor pars
hoc facere & conſtituere non venientes in contumacia.
ergo hoc non ſpectat ad antiquiorem. Et quòd debeat
fieri congregatio per duas partes,tenet domi.Innocen.
in capitu.ſecundo.de noui operis nun.verſus fi. verſic.
ſi autem nullus eſt.& ſequitur ibi Ioan.and.in.ij.colum.
& domi.Abb.in fi.& Lap.alleg.cxxxj.incipiente, nun-
quid maior.Et licet non faciat mentionem de opinio.
Innocen.ſuprà alleg.in contrarium:tamen dicit dictum

a ¶ Niſi citet. Sed quid,an per ſolũ epiſcopum ſine capitulo priuari poſsit canonicus, quia non reſidet, vide Oldr.conſil. cxciiij.ꝙ non,

b ¶ Ab ipſa tota. Ad quod vide omnino per.d.Alexand.de Imol.in apoſt.ponentem xij. limitationes ad hoc.Et adde, ꝙ nec factũ minoris partis nocet vniuerſitati , vt ibi:& tenet Alexan.in ſuo conſi . xcv.iiij.parte.Itẽ adde,ꝙ nec dicit feciſſe vniuerſitas ex eo, ꝙ inſtrumentum dicat eã feciſſe, quia potuerunt duo ex ea feciſſe , vt per Alex.ſing.ſuo cõſilio.cxcvij.ij.parte.

hoc secundum Inn. esse verũ de iuris rigore: sed ꝙ de æq̃tate sufficiat, ꝙ maior pars conueniat: dato ꝙ non cõstituat duas partes. ar. l. quod maior. & illa poterit alios cõuocare, ne impediatur, vel deseraẽ vtilis prouisio ecclesię: secundũ eũ. Quod vltimum sentit expresse do. Abb. in dictis locis. Idem loquitur de termino instante, seu periculo in mora, qbus cessantibus videtur congregationẽ debere fieri à duabus partibus. Quod etiã tenet Cal. in tit. de iurepa. consi. xj. addens, ꝙ si tñ fiat congregatio solũ à maiori parte, & alij postea non opponant de cõtemptũ, valebit actus: & ꝙ valeãt gesta per non habentẽ potestatẽ congregandi: probat in. c. cõcilia §. hinc etiã. xvij. di. quẽ ad hoc no. Pe. de monte in sua monarchia. in. xij. col. ex quibus ista. q. redditur dubia. ¶ Pro concordia assumi possunt verba Pet. de anc. in repeti. c. j. in. xv. char. ver. secũdò quæro. s. e. videlicet ꝙ prima opi. procedat in collegijs ecclesiasticis, in quibus deficiente capite antiquior congregabit. & sic intelligit Inn. in. d. c. j. dum loquitur de causa. Secũda opi. procedat in vniuersitate seculari, quæ deficiẽte magistratu, de quo in. l. ij. C. de coll. fund. patri. li. xij. cõueniẽt duæ ptes, & poterũt alios vocare, & nõ veniẽtes cõstituere in mora & expedire actũ. ¶ Et istis adde, ꝙ si duæ partes nõ vellẽt congregari, põt maior & etiã minor se cõgregare. & si tps labit in p̃iudiciũ eorũ, põt actũ expedire cõstitutis alijs ī mora: vt per Pet. de anc. in. d. c. j. in. xvj. char. nec mirũ secũdũ ip̃m: qa nõ semp ad validitatẽ actꝰ req̃rit maior ps, vt p gl. in. c. si capitulũ. de cõcess. p̃bẽ. in. vj. vñ in citatioibꝰ & denũtiatioibꝰ vniuersitati faciẽdis, nõ semp req̃runt due ptes vt p Bar. in extra. ad reprimẽ. in ver. citatio. & de hoc vide etiã. d. Ab. post alios. latẽ ī. c. cũ nobis olim. in vlt. co. j. de elec. ¶ Vltimò p istũ tex. dicit. d. Ab. in. c. qđ clericis in. xij. co. j. de fo. cõp. † ꝙ si hoĩes alicuius p̃fessioĩs hñt aliquod statutũ deuiãs à iure cõi, secũdũ illud iudicabiť, nedũ si agãt corã iudice suo: sed ẽt si corã alio ĩter seipos litigẽt: qa hîc corã Papa vtebanť ista sua cõsuetudine, nõ iure cõi: & secũdũ eã Papa iudicat. Et sic vñ hîc casus secũdũ eũ cõtra gl. q̃ cõtrariũ dixit in. l. ij. C. de cõsti. pec. alleg. etiã. c. ex literis. & c. eũ j. e. & l. die sabbato. C. de Iudæis. vbi in iudicãdo respicit Princeps cõsuetudines & statuta litigã. & illã gl. reprobat ẽt Cy. in. d. l. ij. secũdũ. d. Ab. vbi. s. ibi: & hoc est p̃sequẽ. Et inquãtũ tetigi. s. in prin. an p̃lat⁹ inferior possit in sua ecclesia taxare numerũ bñficiorũ: addeDo. in. c. fi. in. ij. col. de off vica. in. vj. & adde. d. Ab. in. c. edoceri. ij. col. in tit. p̃xi. vbi dicit, ꝙ

a prælatus inferior potest facere statuta[a] in ecclesia sine authoritate Episcopi, quando non concernunt statum ecclesiæ, sed modum viuendi. & ibi habes exemplum.

Statuta alicuius professionis, etiã contra ius approbantur.

§ ¶ Statuta. Adde & etiam' pœnalia vt est text. in cle. fin. §. quod si. & ibi Card. de pœnis.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rerum ecclesiarum ad hoc, vt valeat, oportet quòd cõsensus personarum sit legitimus.*
2 *Princeps secularis potest per suam legem limitare, vel interpretari ius diuinum. Vide limitationes. nu. 16. 17.*
3 *Statutũ, quòd bannitus occidatur impunè valet: ponit autem nouem casus, in quibus tale statutum nihil operatur, nec excusat homicidam. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.*
13 *Statutum factum ad vindictam non valet.*
14 *Statutum, quòd liceat occidere bannitum, licet non sapiat pœnam eò quòd à statuto permittitur, tamen respectu delicti nõ sapit innocentiam.*
15 *Homicida est culpandus, qui non ex necessitate officij, sed ex priuata inimicitia occidit.*
18 *Imperator non potest disponere super matrimonio.*
19 *Papa ex causa potest interpretari & limitare ius diuinum constitutione, vel rescripto.*
20 *Papa dispensat in matrimonio contracto de præsenti ex causa.*
21 *Papa, an possit statuere contra epistolas Pauli.*
22 *Omnis actus tollens debitum ordinem ad Deum, non fit sine peccato.*
23 *Papa non potest dispensare cum Rege habente vxorem sterilẽ: vt aliam ducat.*
24 *Papa non potest dispensare, vt quis sine baptismo, aut sine confessione saluetur.*
25 *Papa, vbi dispensat sine causa vera in his, quæ sunt de iure diuino, dispensatus non est tutus, quo ad Deum.*
26 *Princeps potest dispensare ex causa rationabili, & non aliàs, super his, quæ sunt de iure naturali gentium.*
27 *Imperator non potest cuiquam tollere dominium rei suæ, nisi subsit causa legitima, quæ fauorem publicum respiciat.*
28 *Princeps auferens viro priuato rem suã propter aliquam causam, debet ei rei ablatæ pretium soluere.*
29 *Princeps licet possit auferre rem alicui cum causa: si tandem causa illa cessaret, debet res restitui ei, cui ablata est, si fieri potest.*
30 *Princeps, vel habens iura principis, non potest auferre rem sibi non subiecto, etiam cum causa.*
31 *Papa, an possit disponere de rebus patrimoniorũ clericorum.*
32 *Inferior à principe non põt etiã cum causa auferre rẽ alicui.*
33 *Casus, in quibus saluatur opi. Pau. de ca. pro duce Mediolani.*
34 *Ponuntur sex limitationes valde singulares ad. l. bene à Zenone. quæ est. C. de quad. præscrip. quæ diligenter sunt considerandæ. nu. 35. 36. 37. 38. 39.*
40 *Papa, licet non possit aliquem priuare re sua sine causa, tamen in beneficialibus potest quem priuare pro libito voluntatis suæ, nume. 41.*
42 *Papa, an possit sine causa deponere Episcopum?*
43 *Papa non potest Episcopum transferre absque legitima causa.*
44 *Papa licet respectu beneficiorum habeat latissimam potestatẽ, secus tamen est respectu bonorum ecclesiæ.*
45 *Princeps licet possit auferre alicui rem suam cum causa: hoc tamen intelligitur certitudinaliter, sed non occasionaliter. & ponit exemplum.*
46 *Papa, vbi aliàs non potest tollere ius quæsitum alteri à iure naturali sine causa, tamẽ vbi illud ius venit tanquã accessoriũ ad ius ecclesiasticum, sublato principali, etiam solo verbo, potest tollere accessorium: quod aliàs per se non tolleret.*
47 *Princeps potest aliquem lædere modica læsione, etiã sine causa.*
48 *Princeps potest auferre sine causa id, cuius ipse fuit causa, vt acquireretur.*
49 *Princeps potest tollere modum acquirendi.*
50 *Princeps potest præiudicare ecclesiæ in bonis acquirendis, sed non in quæsitis.*
51 *Princeps potest reuocare priuilegium suum sine causa, sed non contractum.*
52 *Princeps sicut non potest sine causa cuiquam tollere directum dominium. ita etiam nec vtile.*
53 *Princeps, vel populus liber facie ndo cum inimicis pacem, an possint pacisci, ne subditi repetant res suas?*
54 *Statutum non posse fieri contra ius naturale sine causa, qualiter sit intelligendum.*
55 *Imperator licet possit mihi tollere actionem, quæ est de iure ciuili, non tamen potest facere, vt ius mihi non reddatur.*
56 *Pactum nudum non meretur executionem in foro ciuili.*
57 *Cõuentio nuda põt habere executionem in tribus casibus. n. 58.*
59 *Pactum nudum in terris ecclesiæ parit actionem.*
60 *Princeps, si aliquid fecit, præsumitur rectè fecisse: ita quòd nõ admittitur probatio in contrarium, quod limitatur sex modis. nu. 61. 62. 63. 64. 65. 66.*
67 *Beneficia data paupertati, non competunt illi, qui sua culpa incidit in paupertatem.*
68 *Bannitus, si timet sibi vim inferri, non tenetur comparere.*
69 *Vasallus potest sibi acquirere nouum vasallum infeudando, etiam sine licentia superioris domini: non tamen infeudare ecclesiæ. Quæ regula recipit sex declarationes.*
70 *Vasallus non potest relinquere feudum pro anima sua. quod tamen limita quatuor modis. nu. 71. 72. 73. 74. quos diligẽter vide, quia pulchri & vtiles sunt. Feudum an dari possit in dotem. vide. nu. 75.*

Vasallus,

76 *Vasallus, an possit renuntiare feudo inuito domino. & concludit, quòd sic. Quod tamen limitat quinque modis. 77. 78. 79.*
80 *Emphyteuta non potest renuntiare emphyteusi inuito domino.*
81 *Honor seruatur alicui in memoriam pristinæ dignitatis.*
82 *Nouitius exiens de religione, in qua assumpserat habitum religionis: licet possit vti vestibus secularibus, non tamen debet vti lasciuis in memoriam pristinæ religionis.*
83 *Iussus Papæ excusat vasallum inferentem arma contra dominum.*
84 *Vasallus inuito domino non potest feudum alienare. & hæc est regula: quæ tamen recipit nouem declarationes.*
85 *Verba non aliter, nec alio modo, quam significationem importent.*
86 *Dicens tu mentiris saluo honore tuo, an faciat iniuriam.*
87 *Vasallus retento penes se vtili dominio potest alienare fructus feudi: etiam locando eos ad longissimum tempus.*
88 *Vasallus potest alienare feudum irrequisito domino dãdo ipsum alteri agnato qui erat proximior: & debebat succedere in illo feudo.*
89 *Vasallus potest alienare feudum diuidendo ipsum inter se, & alium consallum eiusdem feudi.*
90 *Hanc tamen declarationem limitat tribus modis: vt nu. 91. 92.*
93 *Prohibita alienatione feudi, an semper sit prohibita diuisio.*
94 *Vasallus Episcopi potest alienare feudum in capitulum ipsius Episcopi etiã si inter eos sint bona discreta.*
95 *Statutum inhabilitans fœminas extantibus masculis, an habeat locum in bonis feu dalibus, vel emphyteuticis.*

CAP. VII.

QVæ in ecclesiarum. ¶ Constitutio laicorum ecclesiam, seu eius bona, non adstringit. Primò ponitur constitutio. Secundò eius cassatio, ibi: *volentes*. & materia summarij ponet in. c. ecclesiaj. eo. ¶ No. iuncta gl. j. ꝙ valẽt statuta populi, etiam respectu rei conscientię. de quo dictũ fuit in. c. j. in. vj. fallentia. s. eo. Et inquantum do. Abb. hîc extẽdit quæstionẽ illam, quando vniuersitas secularis possit facere statuta: ad de quę dixi. s. c. proxi. vbi sunt euacuata eius dicta. & dum allegat gl. in ver. pro infectis. in cle. j. de immu. eccle. adde quæ dicentur

1 post Inn. in. cæterũj. ti. prox. ¶ † No. secũdò ibi: *sine legitimo. &c.* ꝙ ad hoc, vt valeat alienatio rerũ ecclestasticarũ, oportet quòd consensus personarũ sit legitimus: id est secundũ leges & canones informatus. Ex quo infertur, ꝙ non valeat alienatio, nisi ser-

a uata forma tradita à iure, & in casu à iure cõcesso. aliàs aũt cõsensus nõ põt dici legitimus. Ad hũc intellectũ adducit Cal. istum tex. in. c. j. de resti. in integ. quod est cõtra gl. in sum. xij. qõ. ij. & in c. fine exceptione. in ver. p̃futurũ. eadẽ causa. & q. quæ volũt sufficere formã esse seruatã, licet alienatio nõ fiat in casu licito. Et p primo dicto allegat hîc do. Abb. tex. in cle. j. de reb. ec. non alie. & facit. c. j. eo. tit. in. vj. secundũ eum. Et adde ꝙ dictis glo. ꝙ valeat

b alienatio seruata forma in casu nõ licito.[b] Hoc. idem tenentem in summa de reb. ec. non alie. §. iij. ad fi. Et adducitur ratio: quia fiat ter diceremus, nunquã in hoc casu peteret ecclesia restitutionẽ in integ. quia fi illa duo concurrerent in contractu etiã non esset læsa. si autẽ deficerent, contractus esset nullus cuius cõtrariũ præ

c supponit restitutio in integ. quia præsupponit cõtractũ valere[c]. c. j. de resti. in inte. ¶ Sed pro opi. do. Abb. ꝙ cõtractus sit nullus, vbi alienatio quãuis olenanis nõ sit in casu licito: vide gl. in versi. redire. in. c. j. de resti. in integ. Et ibi eũ sequunt do. Ant. & d. Ab. & ibi etiam latè Imol. in vlti. & penul. col. & Imo. hîc. in. vj. col. & Do. post Io. an. & omnes jn. c. ij. in prin. in. ij. col. de reb. eccle. non alienan. in. vj. & dom. Abb. in. c. nulli. in. iij. col. de reb. eccle. non alie. & Host. & do. Abb. in. c. tuaj. de his, quæ fiunt à præla. & Hostien. in sum j. de resti. in integ. §. in quibus. ver. itẽ in contractibus & potest: vt in dicto. c. ij. in ver. forma & casibus à iure permissis. & in. d. cle. ij. in ver. necessitas aut vtilitas. facit. l. magis puto. §. fi æs alienum. ff. de reb. eo. vbi non sufficit alienationem rerum minoris fieri eum solennitate legitima: nisi etiã fiat ex causa legitima & ī casu cõcesso. ¶ Vno casu soluat opi. cõtraria: videlicet, qñ alienatio fieret cũ solẽnitate ī casu cõcesso apparẽter: vt qa credat subesse vtilitatẽ ecclię, & existẽter & verè sit cõtrariũ, qa tũc cõ

; tractus tenet: sed datur restit. in integ. secundũ. d. Ant. in. c. cum Apostolica, in. vj. colũj. de his, quæ fiunt à præla. & sequitur ibi Imo. & idem Imo. post Io. an. in. d. c. j. de resti. in integ. & ideò cessabit restit. in integ. vbi etiã apparenter est facta alienatio in casu nõ licito a quia erit nulla, sed cõpeteret restitutio, vbi est licitus apparenter. & sic cessat ratio in contrarium adducta. Casus autem licitos in materia enumerat Host. in sum. de reb. ec. non alie. §. ex qui. cau. & glo. in dicta sum. Et ꝙ non sit nulla ipso iure alienatio, quando est in casu licito, saltẽ apparenter, est gl. in. d. c. cũ Apostolica. in ver. profuturũ. & gl. j. in. c. ad nostramj. de reb. ec. non alie. no. Archi. xij. q. in sum. & do. Ant. post Io. an. in. c. j. circa prinj. de so. Et duas differentias in simili inter actum nullum existentem & apparenter, ponit Pau. de ca. consi. xxvij. in ij. co. ¶ Vlterius per istũ tex. cum gl. posuit hîc Inn. aliqua dicta famosissima tractando de potestate Principis in statuendo: & ipsa reassumunt hîc ordinatè do. Ant. do. Imo. & d. Abb. inserentes dicta legistarũ, in. l. fi. C. si contra ius vel vti. pu. & Cy. in. l. rescripta. C. de precj. Impera. offe. Et dictis suis & aliorum alibi in cumuculum restrictis, resecatis superfluis, feci su prascriptas conclusiones quatuor declarantes. ¶ Primò, an Princeps statuat contra ius diuinum. ¶ Secundò, an circa ius gentiũ, vel naturale. ¶ Tertiò, an circa ius ciuile, vel positiuũ. b ¶ Quartò, an in dubio præsumatur moueri

2 ex causa. ¶ Prima cõclusio †, Princeps secularis põt per suã legẽ limitare, seu interpretari

d ius diuinum[d] ex causa. vnde licet lex diuina dicat, non occides: tamẽ in multis lex tolerat homicidium: vt in toto tit. ff. de fica. Similiter licet lex diuina contentetur de duobus, vel tribus testibus. c. in omnij. de testi. tamen lex vult hoc non procedere in certis casibus. Patet in. l. hac consultissima. C. de testa. & in. c. præsul. cũ fi. ij. q. iij. Et hanc conclusionẽ ponunt oẽs præ c dicti. & Bar. in j. consti. Digestorum. in. v. col. ver. item quæro, quid. de rescrip. & gl. fi. in. l. j. ff. de consti. prin. & Bal. in auf. ad hæc. in. ij. co. C. de vsu. & in. l. ij. ad fi. ver. secundò quærit. C. de preci. impe. offe. Et tales leges valent etiam quo ad forũ cõscientiæ: vt dixi in. c. j. in. vj. fallentia. s. eo. Et quod dixi per viam legis, procedit etiam per viam consuetudinis, quę tantum potest circa ius diuinum, quatũ lex: vt per do. Abb. in. c. fi. in. ij. colũj. de consue. Et quod dixi in principe, procedit etiam in populo habente d iurisdictionem imperij, secundum prædictos: quia potest ea in terris suis, quæ potest Princeps, vt per Barto. in. l. acta. §. de amplianda. ff. de re iudi. & in. l. infamem. ff. de publi. iudi. & in. l. hostes. ff. de cap. & per omnes in capi. per venerabilem. infrà qui fil. sint legi. Et talis est populus Flo-

c rentinus, sub cuius mercede nunc viuo. secundum Baldum in dicta. l. hostes. & ibi dicit idẽ de ciuitate Pisana. Idem de Florentinis tenet domi. Abb. consilio suo. xcj. in sexta columna. & consilio vlti. & Lud. Romanus consilio cccclvj. & dicit domi. Abb. in dicto consilio, quòd tantam potestatem habent in suo territorio, quantam Imperator in suo. Et quòd ista posint induci etiam statuto, no. Petrus de ancharano consi. cc. incipiente, iure diuino. in prima columna. & plerique allegandi in sequen. cõclusione. ¶ Per istam conclusionem infertur principaliter secundum omnes prædictos, quòd valet statutum, quòd bannitus impunè

¶ Tradita à iure. Quæ autẽ solẽni tates requirantur & exigant ad alie nationis validitatem, & ex quibꝰ redditur nulla alienatio: vide no. per. d. Soci. cõsil. xv. inci. visis præ dictis publicis in strumẽtis. ver. circa quã cõsultatio nẽ. cũ ver. fe. in. j. pte. charta. xxj. et ver. postq̃ nõ ostensum. cũ versi. fe. char. xxiij. & cõsi. xxix. incip. viso quodã istius mẽto. ver. verùm prædictus non obstantibus, & vtrũ cũver. fe. in. d. parte char. lv. & ver. in principaliter. char. lvj.

¶ Non licito. Ad dẽ, ꝙ in dubio præsumitur facta ex iusta cã, si interuenerit cõsensus capituli & superioris, vt p do. Soci. cõsi. inci. visis prædictis publicis instrũmẽtis. ver. tertiꝰ verò tractatus. cir. prin. in. j. pte. char. xxiiij.

¶ Valere. Sed ad de, ꝙ nũq̃ obstat quominꝰ fiat sibi reintegratio possessionis. quod est singulare. fidẽ mdo. Soci. in consi. suo. xxix. inci. visto quodam instrõ ver. verũ prædictis non obst. ibi & si apud. i. j. pte char ta. liiij.

¶ Ius diuinũ. Ad de Lud. Ro. i fin. ver. testis. & vers. qd si ciuitas. &c.

¶ Florentinus. ad quod adde. d. Soci. consil. lxxxj. incip. in præsenti consultatione. circa mediũ, colũ. in. j. parte. char. cxxxix. ꝙ ciuitas Florentiæ cũ suo comitatu & districtu, non recognoscit superiorẽ: ex quo præscripsit merum & mixtum imperiũ. Et tantã potestatem habet in populo & sibi subditis, occasiõe dictæ p̃scriptionis, quantum Im

perator in vniuerſo. Et adde quòd idē dicēdū eſt de ciuitate Senarū, cùm ſuperiorē non recognoſcat, & Principis habeat poteſtatem, ſecundū præ
2 ſa. d, Soci. in conſi. ſuo. lxxiiij. inci. in præſenti conſultatione. ver. iiij. Pro hoc ibi, quoniam magnifica. in d. parte. char. vij.
¶ Occidaſ. Adde Flo. cōtra Pau. de ca. in. l. binas ædes. de ſerui. vrb. prędi. & adde qđ refert
Flor. in. l. ſi is, q bi
nas. de vſufruc. q
gdā diſputās ter-
minauit, nō poſſe
occidi: licet alij cō
muniter cōtrà te-
neāt, per .c. ſi. ſed
do. And. de mon.
vbia. in cōſil. ſtatu
to cauetur, q bā-
nitus, concordat
opi. q procedit di
ctum Bar. in locis
ſ. in tex. alle. & in
cōſilio ſuo incip.
ſtatutū caſtri ple-
bis in bānitis ex
graui delicto. i. in
pſonā, nō ſi in pe
cuniā. vide Bald.
in cōſ. ſup pūctis
mihi. Bald. depu.
trāſmiſſis. q pōt
occidi ſcđm verā
4 opi. & d. Nell⁹. in
tra. bannitorū. ij.
partis. ij. tpis. vij.
q. vbi dicit hoc eſſ
ſe cōe apud do.
quidecōtra. Adde
Pau. de ca. in. l. in
ſcius. in. ij. colū. in
prin. ver. ſic ergo
no. ff. de li. & po-
ſthu. q loquiſi ca
ſu tamē. & Ang.
in cōſil. lxxxiiij.
inci. viſo thęmate
5 in fi. ibi, an tale
ſtatutum ſit vali-
dū. vide do. Soci.
cōſi. clvij. incipi.
præſens conſulta
tio pulchra & ſub
tilis, attentis ſtatu
tis. in princ. in. j.
parte charta. x.
a ¶ Delegari. Adde
Alexā. & Pau. de
6 ca. in. l. ſi cū dotē.
§. trāſgrediamur.
ſo. matri. & Ale.
in. l. non ſolùm.
§. ſi mandato. de
iniur. & in. d. l. cū
fundum. §. fin., de
vi & vi ar. alle. in
text. Adde tū, q
is cui permittit
poteſt cōuocatis 7
amicis vindictam
ſumere impunè.
Pau. de ca. in. l. re
fectionis. cōia prę
dio. & Bar. Cepo.
de ſer. vrb. c. xx-
iiij. vbi dicit ſtatu 8
tū ſic intelligi. Et
ſi ſtatutū p mittat
cōperentē vindi-
ctam, tenetur de
exceſſu, ſi percuſ
ſus à ſolo, per cu
tiatur cum multi
tudine amicorum. Bal. in. l. ſi familia. ff. de iu. om. iudi.

occidaſ[a] qa bānit[9] eſt trāſfuga & hoſtis ciuita a
tis. l. amiſſionē §. j. ff. de ca. dimi. Hoſtis autem
ciuitatis pōt impunè occidi. l. j. ff. ad leg. Cor.
de ſica. & in. l. minimè. ff. de reli. & ſump. fune.
Et ita no. Bar. in. l. vt vim. & in. l. omnes popu-
li. in. xiij. co. ff. de iuſti. & iur. in dicto §. primo.
& in. l. vbi pactū. C. de tranſact. & in. l. ij. C. qñ
liceat ſe ſine iud. vin. & do. Ab. poſt alios. in. c.
fij. de cōſue. per Pe. de anc. in. c. j. in. iij. principa
li quæſito. ſ. e. p Bal. in. d. l. ij. & l. data opera. C.
qui accu. nō poſ. & in. l. decuriones. C. q. cau. in
fa. irro. per Albe. in. iiij. parte ſtatutorū. q. xvij.
& per. d. Ant. in. c. ſi verò. jj. de ſen. exc. p Do.
[in*. c. nō eſt peccatū* §. his ita. circa mediū. diſ.
vj. Imò dixit Bar. in. l. ij. C. qn li. ſe ſine iud. vin.
q nō valet pactū factū cū bānito de eo nō of-
fendēdo; quia eſt cōtra vtilitatē publicā. & eſt
de hoc ſolēnis diſputatio Bar. q inci. Lucanę ci
uitatis ſtatuto. In hoc tū de offendēdo bānitū
collegi nouē caſus, in quib⁹ ſtatutū nihil opaſ,
nec excuſat homicidā. ¶ Prim⁹ caſus eſt, † qñ 4
hoc ſtatutum nō fieret ex cā legitima. vñ dicit
Hoſt. in. c. fij. de cōſue. q ſi ſtatutū hoc p̄mitte
ret p̄ pecuniario debito, nō valeret. & eſt glo.
iiij. q. j. in ſum. circa mediū. & ſequunt hoc do.
Ant. Imo. & Do. dicētes, q oportet, vt bānnū
ſit pro culpa digna morte. Bene facit quod no
tat Bal. in. l. ſi mora. ff. ſol. ma. vbi dicit, q ſtatu
tū diſponēs ſimpliciter, q bānitus p̄ maleficio
poſſit impunè offendi, nō intelligitur de bāni
to propter cōtumaciā: qa nō eſt p̄prię malefi-
ciū, ſed culpa: vt ibi dicit gl. & dicē ī. c. ex lris.
j. eo. ¶ Secūdus caſus eſt, † qñ fili⁹ occideret pa 5
trē bannitū: quia nō iuuaſ ſtatuto, q nō p̄ſumi
tur ad hūc caſum cogitaſſe Dy. & Ang. in. l. ſi
adulteriū cū inceſtu. §. liberto. p illū tex. ff. de
adulte. & Ang. in aut. de inceſt. nup. in prī. quo
rū opi. tenēda eſſet ante factū: tn ſi caſus occur
reret, tenēda eſſet opi. cōtraria, quā ſeqt Bar. ī
d. §. liberto. & Pet. de anc. in rub. j. de his, qui fi.
occi. & ibi Io. de ana. quē ſequor. ¶ Tertius ca 6
ſus eſt, † qñ quis occideret bānitū pēdēte qōne
ſup validitate bāni & apparēte poſteà bānum
eſſe nullū, ſcđm Bal. in. l. vniuerſa. ppe fi. C. de
preci. ⁊ Impe. offe. allegat Dyn. in. l. ſi quis. ff. de
iniuſto irrito q teſta. & Bar. in. l. j. §. ſi ſeruus. ff.
de acq. poſ. ad quod vide Lud. ro. ibi & p Bar.
in. l. nō putauit §. nō quæuis. ff. de cōtrahēdo. &
Ang. in. l. cū verò, in prin. ff. de fideicō. liber. &
Bal. in. l. appellatiōe. C. de ap. & in. l. j. C. ſi à nō
compe. iudi. & in. l. eum, qui duas. C. de adul. &
in. d. §. ſi quis. ¶ Quartus caſus eſt, † quādo bā-
nitus toleratur in ciuitate: quia talis tolerātia
præſtat ei ſecuritatē, licet nondū ſit de bāno
cancellatus, ſecundū Saly. in. l. nullus. C. de iud.
& ſequitur Io. de ana. in. c. ſicut. in. v. colj. de lu
dæis. dicēs hoc eſſe ſingulare dictū, & ſe vidiſ-
ſe ſeruari Bononię. Quintus caſus eſt, † quādo
quis offenderet, vel occideret non ritè bannī-
tum, ſecundum Barto. in. l. j. ff. de adul. & Ange.
in. l. iij. ver. condēnatū. ff. de re iudi. & Bal.
& Imo. in. l. hujuſmodi. §. ſi ita cui. ff. de leg. j. &
Ang. in. l. fi. C. ſi ex fal. inſtru. & Bal. in. l. noſtrā
in. iij. co. C. de teſt. & Ang. ī. l. ſi duo. ff. de acq. hær. & ī. l. filiꝰ. ff. de
lib. & poſt. & Bal. & Saly. ī. d. l. eū, q duas. niſi de hoc eſſet p̄babilis
ignorātia, ſcđm Bar. ī. l. j §. ex hoc reſcripto. ff. de vē. inſpi. ¶ Sext⁹
caſus eſt, † qñ bānitus occideret ſeipſum: quia ex eo, q eſſet banni
tus, non euitat pœnā. de qua. ff. de his, qui ſibi mor. cōſci. per totū
ſecūdū Io. an. in Spe. in ti. de pœ. §. j. in prin. in ver. ſed quæro. vbi
refert Rich. Malūbræ dicentē fuiſſe punitū quēdā doctorē pœ-
na ſtatuti, qui eſſet bannitus, interfecit ſeipſum. Ad hoc no. in. c.
contingit. primoj. de ſen. exc. per gl. in. l. pactū inter hæred ē. in gl.
mag. circa medium. ff. de pac. per Bar. in. l. Stichus. ff. pecu. leg. &
10 in. l. cuſtodias. ff. de pub. iud. cū cōcor. ¶ Septimus caſus eſt, † qñ
occidens bānum ignorabat eum eſſe bānitū: quia nō videtur tūc
occidiſſe, vt miniſter reipub. ſecundū Bal. in. l. ſi quis hæredē. C.
de inſti. & ſubſti. ſub cōdi. fac. & Pe. de anc. in repe. c. canonum. in
xxxix. char. ver. quærit etiā Bar. ſ. eo. & Bar. in. l. inter omnes. §. re
ctè. ff. de fur. De quo per eundem, & doc. in. l. oneroſa. ff. de infa.
& l. ſi quis in graui. §. vtrū. & ibi per Lud. ff. ad Sil. & Bar. in. l. fi. C.
de cri. expi. hær. & Lud. latiſsimè in repeti. in. l. j. in. xxviij. ſcolū. C.
de hære. inſti. facit elegans dictūm do. Ant. in. c. quāto. in fij. de iu
reiur. vbi dicit, q in foro pœnitentiæ debitor nō euitat periuriū
nō ſoluendo termino iurato, quē ſibi ignoranti creditor prorо-
gauerat: licet ſecus in foro cōtentioſo: quia non eſt in mora. ¶ O-
11 ctauus caſus eſt, † quādo occideret extra territorium, in quo non
viget tale ſtatutum: quia ibi non erit tutus ab homicidio, ſecundū
Pet. de anc. in. c. rep. c. j. ſ. e. in. xvij. char ver. iij. principaliter. vbi
vide. & per Imo. in cle. paſtoralis. in. iiij. col. de re iud. & Bal. in re-
per. Inno. in. c. excōmunicatus. xij. q. ¶ Nonus & vltimus caſus eſt
12 † quādo ſtāte etiā legitima cauſa mortis fieret tale ſtatutū ad ran
corē vindictæ: quia nō valet: ſecūdū. d. Anto. Imo. & Do. hīc alle
gantes gl. in. c. eps §. ſi ergo. xj. q. iij. tex. in. c. non eſt credulis. & in
eo. c. miniſter. xxij. q. v. & beatus. Tho. ij. ij. q. lxiiij. arti. iij. & Ioā.
an. in Spe. ſuper rub. de cō. ſtū. Et gl. fi. quā vide in. c. cōſuetudo.
j. di. & ideò ſtatutum florentiæ remittens conſortibus vindictas
interfectorum conſanguineorum ſuorum, non valet: cū hoc cō-
promittat ex rancore vindictæ, ſecundum eos. Et idē tenet Do.
[in. d. c. cōſuetudo. ꝓpter gl. ibi. & in. *c. nō eſt peccatū*. §. his ita. vj.
diſt. ¶ Procedit ergo dictū ſtatutū de bānito, qñ fit ad bonū cō-
mune ciuitatis & iuſtitiæ: quia tunc talis occiſor videtur deputa
tus executor iuſtitiæ. & in dubio p̄ſumitur ſtatutū hoc conce-
dere propter bonū publicū. ſecundū Bal. in. l. j. C. quādo licet ſe ſi
ne iudi. vindi. Quinimò dixit do. Abb. in. c. fi. in. iij. colj. de cōſue.
allegādo Io. an. in. d. rub. de cō ſti. q qñ ſtatutū nō daret læſo, vel
conſortibus hanc facultatē cauſa vindictæ, ſed daret ius occiden
di defenſorem læſo tāquā miniſtro legis: vt faciat ſibi iuſtitiā, va-
let. quod eſt notabile verbū. & nunc tranſeo: licet aliās dubitaue-
13 rim. ¶ Et ſi diceres, † q iſtud eſt dare legē verbis, non ſenſui: quia
oīno animus erit cū rancore propter præſumptū odiū. Reſpon-
deri pōt, q ſufficit ſtatuentes ad bonū intuitū hoc cōcediſſe, ſcili
cet pro intereſſe publico. vnde ſi occidēs hoc nō intēdit, peccat q
dē: ſicut etiā peccaret nō læſus à bānito occidēdo eū ex odio: vt ſ.
dictū eſt, & j. dicē. vnde animus eius non attendiſ, ſed intētio ſta
tuentiū. Et iſtis adde, quod no. Rich. in. iiij. ſenten. di. xxxvij. q. ij.
arti. j. vbi dicit, q ſi vir procurat apud iudicē, vt vxor adultera in
terficiaſ, nō amore iuſtitiæ, ſed libidine vindictæ, peccat mortali
ter. Et dicit Inn. in. c. dudū. ſecundo, in gl. quæ incipit, q electionis
tempore. de elec. q eccleſiaſticus nō debet admittere illū, qui ac-
uſabat libidine vindictæ: quia peccat. & ſequitur Arch. in. c. quæ
rendū. ij. q. vij. ponens ſigna cognoſcendi. ¶ Cæterū, quia de vali
ditate ſtatutorū nō ſemper diſputari poteſt: vnde dicit Lud, Ro.
cōſil. cccxcij. in. ij. col. q Florētini nolunt, vt diſputetur de validi
tate ſtatutorū ſuorū. Ideò no. q tale ſtatutum de vindicta proce-
dit, vbi quis eā faceret proprijs manibus. ſecus ſi per aliū: vt eſt gl.
ordi. & ſingularis in. l. cū fundū. in ver. poſteà. ff. de vi & vi ar. Per
quā dicit Bal. in. c. ad noſtrā. in. j. colj. de proba. q poteſtas occidē
b di priuato conceſſa, non poteſt delegari. [b] & de ipſa meminit Bal
in. l. accuſationis. C. quod met. cauſa. & in. c. j. §. quia verò. de pac.
iur. fir. tenen. & in. l. ad officiū. in fi. C. cōi di. & in. l. vt vim, in. iiij.
col. ff. de iuſt. & iur. in repeti. l. j. in. iij. col. C. vnde vi. & in. l. ij. in
xvij. col. C. de ſerui. & aqua. & ſentit Bar. in. l. non ſolū. §. ſi mādā
to. in. ij. q. ff. de iniu. ¶ Hoc intellige, quādo ī priuilegiū cōtra ius
commune

cōmune conceditur alicui vindicta: quia nō explicat per
aliū. & facit. l. ſi ſeruus, ſi hæredi. poſt prin. ibi, perſonæ
dūtaxat. ff. dē ſtatu. lib. ſecus vbi cōpeteret vindicāti de
ire cōi: quia tunc poteſt alteri cōmitti. & ſuccedit regu
la, qui per aliū. de reg. iur. in. vj. Ita videſ ſentire Bal. in
d. §. ſi quis. ver. quæro nunquid, ſi poſſum. Et ſic tranſire
pōt, quod ipſe no. in. l. Gracchus. C. de adult. per illū tex.
in ver. patrį parūerunt. Per quē nō videtur inferendum
generaliter contra glo. præalle. attēto, q lex tolerat vin
dictā, aliquando nō: quia foueat vindicantē, ſed vt re-
maneat excuſatus, potius propter iuſtū dolorē, quē dif
ficile eſt tēperare. l. ſi adulteriū cum inceſtu. §. Imperato
res. ff. de adulte. Et hinc eſt, q ſi occiditur adulter ex in-
teruallo, nō excuſaſ occidēs, vt. l. quod ait lex. §. quod ait
ff. de adul. vnde ceſſante hac ratione in expediente per
aliū, ceſſare videſ legis permiſsio. Et ideò ſuſtinendo in
diſtinctē gl. in. d. l. cū fundū. poſſet intelligi: niſi ille alius
vindicans eſſet filius læſi, cui lex permittit vindictā. Et
ita loquitur. d. l. G racch⁹. quā ſic intelligit Bar. in. d. §. ſi
mandato. Et ratio ſpecialitatis in filio ſit, quia cenſeſ ea
dē caro cū patre: vt in. §. hac authoritate. xxxv. q. j. & l. fi.
C. de impu. & al. ſub. Facit. l. ſciendum. §. legati. ff. de leg.
Et tex. elegans in. l. cū ſimus. prope fi. C. de agri. & cenſi.
li. xj. cū cōcor. quas aliās reduxi in. c. afferte j. de præſum.
& hanc conſiderationē not. tanquā nouam. ¶ Et gene-
raliter circa dictū ſtatutum de occidendo bānitū colli-
14 ge tria notanda. ¶ † Primò, q licet occidere bānitū, nō
ſapiat pœnā, ex quo à ſtatuto permittit: tn reſpectu de-
licti, nō ſapit innocentiā. quia homicidiū ſine immun-
dicia eſſe nō poteſt. Ita dicit Bal. in. c. j. in. j. coj. de iud. Si
militer dicit Bal. in. l. ij. xx. char. ver. ſup. v. ff. de iureiur.
in repetitione. q dictū ſtatutum non diſponit ſuper ali-
quo ſpirituali, ſed ſolū ſup pœna tēporali, ſuper qua ſta
tutū pōt diſponere, tam æquè, q iniquè: quia in tempo
ralibus habet ſummā poteſtatē, ſecundū eū. Sed per hęc
nō inferas, q occiſor peccat, quādo facit zelo reipubli-
cæ & animo exequendi ſtatutū. Sed tunc demū peccat,
quando animo fundendi ſanguinem humanum, & ex
odio. No. Io. an. in. d. rubri. de conſti. & beatus Tho. ſe-
cunda ſecundæ. q. lxiiij. & Bal. in. l. vt vim. ff. de iuſti. &
iure. & Albe. in. iiij. parte ſtatutorū. q. xix. & ſic intellige
Bal. in. c. fij. de præſcrip. in prin. ¶ Ex quo ſequiſ, q vbi
à lege, vel ſtatuto permittitur homicidiū ad vindictā,
non excuſatur talis in foro conſcientiæ. Et de hoc gl. in
c. inter hæc. xxxiij. q. ij. dicēs patrē occidentē adulterum
filiæ nō excuſari in conſcientia: quia lex cōcedit ad vin-
dictā. & cū eo cōcor. Archi. ibi. & pulchrè Ioā. de ana. in
c. inter feciſti. in. ij. colj. de homi. & do. Ab. in. c. veniēs.
ſecūdo. in fij. de ſponſa. & in. c. cū eſſes j. de teſta. & Ri-
char. in. iiij. diſt. xxxvij. q. arti. j. ¶ Et ſi diceres, q imò il-
la gl. probat, q priuatus occidēs bānitū vigore ſtatuti,
peccat: inquantū dictū, q nemo excuſat ab homicidio,
niſi quē canō excuſat: & q canō excuſat ſolū iudicē: er-
goiſte nō excuſabitur. Reſponderi pōt, q ſicut canō cō-
cedit iudici, ita etiam cōcedit miniſtro ſuo. c. miles. cū
multis ſi. xxiij. q. v. Cū ergo glibet ſurrogatus à lege mu
nicipali loco miniſtri iudicis, dicitur factum à iudice,
quod ſit à tali. arg. regulæ, qui per aliū. de reg. iur. in. vj.
Et qa ſurrogatū ſapit naturā. &c. in cle. j. de ſup. ne. prę-
la. cū ſi. ¶ Vtrū autē ille exequatur, vt proficiat reipub.
vel malo animo, ſtabitur dicto ſuo in foro conſcientiæ,
per no. in. c. ſignificaſti. primò j. de homi. cū cōcor. Quæ
omnia nota: quia alij nō declarant. ¶ Nota ſecundò, q
ſtante dicto ſtatuto ſuper licita occiſione banniti, poſ-
ſunt etiā ſibi bona auferri impune, ſecundum Bal. in. c.
in literis. in. j. colj. de reſt. ſpo. ponderantem ad hoc pro
valde ſingulari ibi, in ver. prædo, in fi. Et idē Bal. in fin.
circa mediū. C. ſi contra ius, vel vti. pub. allegat p̄x. in. l.
j. §. quod prætor. ff. de alea. per quē dicit melius probari
quā alibi: q illa verba impune offendi, intelliguntur in
b ære, & in pſona[b]. Idē tenet Bar. in. l. nec in ea. ff. de adul.
& Bal. in. l. iij. in fi. C. ſi pen. ap. mors interue. & Pau. de
ca. in. l. in ſuis. per illum tex. ff. de li. & poſt. Quod intelli
git viuente bānito: ſed eo mortuo nō licet in bonis ſuis
furari, ſecundū Bal. in. l. ex hoc iure. in. iij. col. ff. de iuſt.
& iur. Pro quo facit quod no. Pau. de ca. conſi. xxxj. vbi
dicit, q vigoreꝺicti ſtatuti, non licet bannitū mortuum
ſpoliare, niſi ab ipſo occiſore, dummodo incontinenti:
quia ſicut ſibi licuiſſet prius offerre bona, poſteà occi-
dere: idē ſi ſtatim poſt occiſionē faciat: quia ea, quæ in-
continenti &c. in. l. lecta. verſ. dicebā. ff. fi cer. pe. c. offic.
de electio. ¶ Et iſtis adde Bar. in. l. ij. ff. de ſepulchro vio
lato. & Pe. de Anch. in cle. j. in. j. opp. de conceſ. præb. &
do. Cardi. in repe. c. perpendimus. de ſen. excō. in. vj. col.
vbi dicūt, q licitū ſit bannitū occidere: ergo & vulnera
re. Et adde, q ſi ſtatutū ſimpliciter diceret, q liceat ban-
nitum offendere, intelligitur etiā occidendo, ſecūdum
Bar. in ſuo notabi. conſil. clxxxviij. inci. ſtatuto caſtri ple
bis. & Io. an. in Spe. in ti. de conſtitu. §. j. ad fi. & Bal. in. l.
iij. ff. de adimen. leg. & Pau. de caſt. in. l. in ſuis. ff. de libe.
& poſth. & Ang. conſi. cclxxxiiij. incip. viſo themate. in
fine. & facit. c. ſi. de homici. in. vj. de quo etiā Bal. in ſuo
peculio. in ver. bannitus. vbi ponit vnam limitationem
ad hoc, quæ tollitur per dictum conſilium Bar. ¶ Nota
15 tertiò, † q ſtante ſtatuto, q homicida non poſsit eſſe
de prioribus: ſi aliquis occidat bānitū, nō ex officij ne-
ceſsitate, ſed ex priuata inimicitia non poteſt eſſe de
numero priorum: & eſt infamis infamia facti, ſecundū
Bal. in. l. decuriones. in fi. C. de infa. quia licet homicidiū
ſit tolerabile, tamen non eſt laudabile. Secus in iudice:
cum faciat pro executione iuſtitiæ & ex neceſsitate. Et
ſi tamen ſtatutum diceret, q poſſet occidi licitè & im-
punè, non eſſet maleficium propter illud aduerſiū lici a
tè. Quod enim licet, maleficium nō eſt, ſecundum eum
per. l. ſi is qui aggreſſorem. C. ad le. Cor. de ſic. ibi, nullam
calūniā metuendā. Et hoc dictū ſequitur. d. Io. de ana. in
c. ij. perfodiens. in. iij. coj. de homi. Quæ omnia no. ad in
tellectū dicti ſtatuti. De quo etiā aliqua ponit. d. Flor.
de ſanc. Pe. in. l. minimè. ff. de reli. & ſump. fu. ¶ Ex p̄dī-
cta hac ampliationē ad concluſionem. ſ. poſitam de po-
16 teſtate Principis circa ius diuinum: limita eam † primò
ſecundum oēs hīc, dummodò Princeps ſtatuat in mate-
ria, quæ per ipſum ius diuinū reperitur aliquando limi
tata: ſicut in iſto non occidens, quaſi ſemel limitata, ſem
per ſit ex cauſa limitabilis. Secus dicunt, ſi nūquam fuit
limitata: puta, ſi vellet ſtatuere, q liceret contrahere ma
trimonium cum matre. Et pro hoc facit dictum Bal. in
l. ſi. in. ij. col. C. ſi contra ius, vel vti. pub. vbi dicit, quòd
virtute ſtatuti permittentis occidere bānitum, non eſt
licitum mulierem bannitam adulterare: cum adulteriū
17 nunquā ſit de iure diuino permiſſum. ¶ † Secundò limi
ta, dummodo Princeps interpretur ius diuinū ſtatuen-
do in his, in quibus habet iuriſdictionē. ſ. in rebus pro-
phanis, ſed in ſpiritualibus interpretatio pertinet ad Pa
pam, ſecundum d. Ab. hīc, per. c. per venerabilē. in fi. q
fil. ſint legi. & per id quod no. Fed. de Se. cōſi. xcvj. inci.
apparet quædā lex. vbi dicit nō valere ſtatutū laicorum
& ibi dixit Inn.in gl.incip.no.ſententia.quòd hoc ſolùm ſufficit ad caſſationẽ ſententiæ:videlicet quòd iudex probationes condemnati non viderit.quæ verba præſuppo nunt validitatem ſententiæ,niſi caſſetur.& ſequitur for maliter Bal.in.l.ab eo.in.iij.col.verſicu.extra quæro. C. quomodo &[d] quando iudex. ¶ Secundò ad idem text. in in.c.cum ad ſedem j̃.de reſti.ſpo. in ver.nos prioris acta iudicij reſcindentes.vbi Papa irritat ſententiam: motus in effectu, quia acta non examinauerat.& illum textum no.Franciſ.Tigrini.in.l.properandum.in prin.C.de iudi.dicens ibi probari,ꝙ talis ſententia non eſt ipſo iure nulla.¶ Tertiò ad idem text.in cap.cum ex literis.vltra medium & ante.finem j̃.de in inte. reſtitut. vbi quando plenè de meritis cauſæ non videbatur inſtructus. vbi aduerſus ſententiam latam nõ præcedente plena inſtructione cauſæ,datur reſtitutio in integ,præſupponit eam valere. & ita illum textum ponderat ibi domin. Abb.in iij.col. reprehendens allegantes eum pro parte contraria.¶ Quartò ad idem textus hîc in verſi.*irritum reuocan tes*.vbi per ſententiam irritatur ſententia lata ſine cauſæ cognitiõe;quòd proſupponit ipſius validitatẽ.¶ Quintò ad idem textus in leg. argentarius.§. cum autem.ff.de eden.dum.dicit,ſi nõ probauit:ſi probantem iudex non curauit:de ipſo, aut de iudice conqueri debet.vbi videtur,quòd citra remedium appellationis & querelæ, ſententia lata non viſis iuribus partis,non ſit nulla.Et illum textum ponderat Bald. in cap.j.§.item vaſallus. de controuer.inue.in.j.col.ver.ſed nunquid tenet ſententia.dicens ſententiam latam non admiſsis probationibus,non eſſe nullam.& de text.meminit etiã Bal,ad hoc in.l. prolatam.in.ij.col.verſi.ſed communiter dicimus.C. de ſenten.& interlo.omn.iud,ſubdens illam.l.argentarius.eſſe tex.expreſſum in hac materia.& de ipſa meminit Bal.in l.mancipia.iij.col.ver. ex hoc iure. cõdemnari quẽdam. C.de ſer.fugi. ¶ Sextò poteſt adduci tex. in.l.nec cauſas. C.de app.ponderando per locum à ſpeciali: dũ probat, quòd ſententia Principis lata ſine cauſæ cognitione, eſt nulla. Et idem probatur in.l.fi.in verbo,cognitionaliter examinauerit.C.de legi.quem text.not.ibi Bald.in.ij.no ta.& do.Abb.in.c.cum olim.in.xij.colum. de re iudi. & in.c.j.in.ij.col.de cauſa poſ.& propri.Et ratio ſpecialitatis in ſententia Principis poteſt eſſe, quia ab ea non appellatur:vt dicta.l.nec cauſas.& l.j.ff.à quibus appell.nõ licet.Ideò ceſſante iſta ratione ſpecialitatis: in alijs videtur ſententia valere,niſi per appellationem retractetur. l.ius ſingulare.ff.de leg.cum ſi.¶ Septimò facit quod notat Imol.poſt do.Anto. in.c.cum cõtingat.in.v. colum.
13 de reſcrip. vbi dicit: † quòd ſi executor miſtus procedit leuato velo, nullatenus ſe informando, partes poſſunt appellare,& cauſa deuoluitur ad curiam.¶ Octauò & vltimò pro hac parte ſunt authoritates excellentium doctor. & ita tenet Ange.l. iudices. C. de iudi. dum dicit, quòd ſi iudex non viſis actis pronuntiat, iuſtè ab eo appellatur.Idem tenet Bal.in.l.is apud quem.in.iij.col. verſicu. idem dico, quòd licet iudex. C. de eden. vbi dicit, quòd licet iudex non examinauerit acta: tamen ſententia non eſt ipſo iure nulla:licet iudex malè faciat pronuntiare non viſis actis probatorijs. alleg. l. ſi de meis.§. fi. ff. de arbi.Idem ſentit Specula.in titu. de ſenten.prola.§. quoniã. verſi.item oppone, quòd iudex. Idem tenet Inno.in.c. prudentiam. ſuper verbo excommunicationis. j̃.de offi.deleg. in ver.item nec ob.vbi dicit,quòd ſi mandatur iudici aliàs habenti iuriſdictionem, quòd ſi talis probauerit talem rem ſibi deberi, condemnet Titium & ipſe condemnet eum,non probato debito, tenet ſententia: quia contra ius litigatoris. per cap. cum inter.de re iudi. Et ſic vult valere ſententiam omiſsis probationibus.& eius dictum ſæpe allegatur ad vtilia propoſita:vt per Bald. in.l. præſcriptione. in.iiij.col.C, ſi contra ius,

a ¶ Nulla. Ad qđ adde idem tenentem domi. Sozi. ſuo conſi. cl. inci. pſtantiſsime doc. verſi.j.quia tale iuramentum. in. ij. parte,char.vij.

vel vti.pub.& in.l. non dubium. in.viij.colum.C. de legi.& domi. Abb.in cap. cauſam quæ. in vlti.colum̃. de iudi.& Imo.in cap.fin.in penul.col̃.de præben. & dom. Abb.in.l.cum dilecta.in.vij.col̃.titu.proxi. cum cõcor. quas aliàs poſui in.d.cap.prudentiam.¶ Et hanc partem tenuit etiam Paul. de Leaza. in cle. diſpendioſam. de iudi.& in cle.paſtoralis.de re iudi.& Lap.alle.xxviij.incipi. delegata cauſa. & Bal.in.d.l. nec cauſas.& in.l.petẽdæ.in princi.C. de temp.in integ.reſti.peten.Et ibi dixit,quòd dilatio probatoria conceſſa ſine cauſæ cognitione, valet:quia interlocutoria etiam iniuſta tranſit in rem iudicatam.ca p.cum ceſſante.de app.& iſta vltima ratio multum videtur facere pro hac parte:quia cùm iniquitas ſeu iniuſtitia, quæ oritur ex præcipitatione ſententiæ, ſit contra ius litigatoris, & ipſa non habeat in ſe errorem iure expreſſum,non videtur nulla ipſo iure:per. d. capi. cum inter.de re iudi. ¶ Sed in contrarium quòd talis ſentẽtia ſit ipſo iure nulla,[a] adduci poteſt primò ratio: quia ſententia lata contra ſolitum ordinem iudiciorum, eſt eoipſo iure nulla.Probatur in*c.ei qui appell.* §.diffinitiua.ver.item ſi contra ſolitum.ij.quæſt.vj.& facit gloſ. xj.q.iij.in ſum. Sed ſolitus eſt neceſſarius ordo iudiciorum, quòd iudex cuncta rimetur.ca. iudicantem.xxx.q. v.caj̃. occidit hominem. xxiij. qõ. viij. omittens autem cauſæ cognitionem, non dicitur percontatus, & rimatus:ergo ſentẽtia nulla.¶ Secũdò adducitur, quia tranſactio & ſententia æquiparantur.l. patris.C. de tranſact.l. eleganter.§.ſi quis poſt.ff.de condi.inde.cap.j.de lit.conteſt.in.vj.ſed authoritas prætoris interpoſita ſuper tranſactione ſine cauſæ cognitione eſt nulla.l.cum hi §.ſi prętor.in verbo nullius momenti.ff. de tranſact.quem text. ſummè no.Imo.in.l.quidam conſulebant.ff.de re iud. ergo idẽ dicendũ in ſententia. ¶ Tertiò videtur text. in.c. primates.ij.qõ.j.vbi text.loquẽs de ſententia lata contra reum,non viſis legitimis probationibus,dicit: irritam eſſe cenſemus.¶ Quartò adducitur tex. in Clemen. paſtoralis* §.verum quia.*de re iudic,in verbo, iudicantis præcipitatione proceſsit.iuncto verſi. dici ne ergo meruit ſententia.& ita tenet ibi Imola per illum tex. in colum.iij. ¶ Quintò videtur text. in.l. ex ſtipulatione.ad fin.C.de ſen.& interlo.om.iu.ibi,ſi nihil cauſa cognita, ſecundum iuris rationem pronuntiatum eſt: vox ſuadẽtis præſidis actionem tuam perimere, ſi quam habuiſti minimè potuit.& per illum tex.dicit ibi Bal. ad fi.quòd interlocutoria lata ſine cauſæ cognitione, eſt ipſo iure nulla. ¶ Sextò videtur text. in.c. ad audientiam j̃.de appel.ibi,ſine cauſæ cognitione.& ibi,denunties non tenere.¶ Septimò facit tex.in auth,quomodo opor.Epiſcopos §.oportet.in verbo,pro nihilo.& ibi Ang.in primo no.dicit hîc non videri tex.apertũ,quòd iudex qui pronuntiat non diſcuſsis exceptionibus, & ipſis non receptis,cum debent recipi,punitur:& ſententia lata per eũ eſt nulla.¶ Octauò hanc partem tenet dom.Anto.poſt Ioan.An.in repe.c.noſtra.in.xvj.colum.de coha.cler.& & mu. & Bartol.in.l.ij.in princip.ff.de iud.& in.l.quod ſi iuſsit.ad fi.ibi,probo per rationem.ff. de re iudic.& l. ij.in.ij.col.verſ.iij.modo legitur.C.de edẽd.& in.l.properandum.§.& ſi quidem.in prin.C.de re iudi.&.d.Anto.& Imo.hîc poſt multa.&.d.Ant.poſt Inno.in.c. poſt ele.in.xj.alle.in penul.col. de conceſ. præbẽd. & Imo.in clemen.diſpendioſam.in.ix.col.verſi.quæro, an ſententia.de iudi.& ibi.d.Car.in.iij.colum.verſi.op.ad hoc de capit.nos.& hic Innocen.in capitul.tua.ante fi.ver.ſicut enim in alijs cauſis.de cohabita.cle.& mu.& Bar. in extraua.ad repri.in verbo,ſummariè. poſt princ.& fin.& Spe.in tit.de offic.iudi.§.poſtremò.ver.ij.videndum.& Pet.de Ancha.conſil.ccl.incip. in cauſa & quæſtio.quæ vertitur inter nobilem virum. d. Robertũ Mauoreſcenum,& glo.ij.quæſtione.j.in ſumma.& glo,& ibi Ioan.

de Fan.

de Fan.in.c.primates.eadem cauſa & quæſtione.& Imo.in.c.ad au
14 dientiam.in vlt.no.¶ † Nonò ad hanc partem eſt vulgata ordinaria deciſio Bar.in.l. prolatam.in fi.C. de ſen. vbi dicit per illũ tex. quòd ſi ex breuitate temporis præſumitur, quòd iudex nõ potuit inſtrui,ſententia eſt nulla,tanquã lata ſubitò: contra.l.ij.in verbo nõ ſubditas.C.de ſent.ex pericu. reci.& ſine cauſæ cognitione cõtra.d.l.ex ſtipulatione.& dicit optimè facere ca.cum ex literis.de reſtitutio.in integ.& licet tex.potius probet contrariũ ſecundum d.Abb.ibi,de quo memini.ſ. tamen ipſe ſequitur iſtam deciſionẽ cum temperamento.de quo dicetur j̃.in.ij.limitatione.& iſtud.d. Bar.ſequitur etiã.d.Anto.in locis.ſ.allegatis.& d.Ant.&.Abb. & Imo.in.c.ij j̃.de re iudi.ita temperantes illũ tex.& Pe.de Ancha.in c.fi.in fi.de re iudi.in.vj.& in regula,ea quæ.in.viij.col. de reg.iu. in.vj.& Cal.in ti.de iudi.cõſi.vlti.& Imol.in.c.in præſentia. in ix. col.verſiculo,quid autẽ,ſi allegetur de renuntiatione.in.vj.& Petrus de Anc.conſi. xxxvj.incipien. viſa quadã petitione & conſil. clxxx.incip.viſis conſilijs.in.j.col. & bene facit gl.in.l.ſed & ſi per
a prætorem §.quoties.in ver. vnius diei.ibi, aliàs quomodo in vna die.ff.ex quib.cau.ma & tex.in.l.ſi finita.§. non autẽ ſtatim.in verbo, Interuallũ aliquod debeat intercedere.ff.de dam.infe.& quod no.Ang.in.l.ij.§.ſi dubiteſ. per illũ tex.in fi.ff.de iud. & tex.in.l.ſi ita fuerit.in verbo prꝛcepti feſtinatione.ff.de ma.teſt. ¶ Decimò ad hanc partẽ eſt alia ſolennis deciſio Bar.in.l. multũ.poſt mediũ. ver.item facit.ff.de cõdi.& demõ.vbi dicit, quòd ſi iudex pronuntiauit cõtra aliquẽ tanquã contra cõtumacẽ cum ipſius contumacia,non eſſet iudici nota:licet in veritate contumax eſſet, nõ valebit proceſſus:qa iudex ignorabat illud principale, propter quod pronuntiet,& ius pronunciandi.allegat Inn.in.c. cũ contingat.ſuper verbo iuſtè.de offi.dele.Pro quo dicit eſſe tex.in.l.hæc autem §.j.in verbo,conſtare liquereꝙ prætori.ff. ex qui. cau.in poſſ.ea. & ibi etiã Bar. hoc repetit, dicẽs ſe ita reſpondiſſe ſuper quodam proceſſu facto per generale ducatus Spoleti. & idẽ dicit Bar. in l. ſi finita.§.Iul.in.vj.co.ver.quæro vtrũ iſta contumacia.ff.de dam. infec.& in.l. quæſitũ.ff.de re iudi. & in.l.iij.C.de eden. ¶ Et hanc theoricã Bar.multũ cõmendat do.Ab.in cap.quoniã cõtra. in ix. col.ver.iij.not.ex gl.de proba.& in.c.ad noſtrã.el.iij.in pe. col.de iureiu.&in.c. cum ex officij. in.xij.col.de præſcri. & ibi Bal.in fi. & dom.Abb.in.c.fi.in viij.col.de foro compe.& Cle.præſenti.de cenſi.in.c.P.& G.in fi.de offi.dele.& dominus Anto.in c.cum dilecti.in.vj̃.columna.ver. vltimò aduerte. de dolo & contumacia. & in ca.cum dilecti. in.iij.col.de electi.& Imo. in ca.ex tenore.de foro cõpe.& Cal.in titulo de dila. cõſilio vlt.& domi.Car. & Pet. de Anch.in clem.ij.in fi. vt lit.pen.& do.Card.in. c.fina.in prima col.de eo,qui mit.in poſ.& not.Bal. in.l.generaliter §. his de præſentibus. in fi.C.de re.cre. & in authen.matri & auiæ. C. quando tu.offi.fun.poteſt.& in.c.eum,qui res.in vltima col.C. de procura.& in.l.ceſſante.in fi.C. quomodo & quando iudex. & in.l.ij.C. de ſportulis.& Bart.Imol.& Ro.in.l.ſed ſi de ſua.§. cũ autem.ff.de acquiren.hæ.& Paul.de Caſt.in.c.ij.de offi.dele.ibi bona gl.in ver bo oſtenderit.& ibi do.Abb.in fi.principij.Facit.c.ex parte Aſtẽſis de conce.præben. & quod ibi not. domi.Abb.in. iij. columna. verſicu.ex hoc no.& ibi gl.optima in cap.ſæpe.in verbo perẽptoriẽ in fi.de app.quam notat ibi ſolus Bald.in.j. col.& in.l.falſus.in viij.col.ver.item dubitatur de iudice.C.de fur.& ibi in verbis prę cedentibus videtur Bal.hoc limitare, niſi aliquo modo conſtaret
b per indicia de contumacia citati.alle.not.in.c. venerabilib.§.ſecus de ſen.excomm.in.vj.& ſequitur Lu.Ro.in.l.ſed & ſi ſua. præalle. Limitat etiam Bal.in.d.auth.matri. vt non procedant in actibus voluntariæ iuriſdictionis,& dat exemplum,de quo ibi. ¶ Vndecimò pro hac parte eſt conſi.Pet. de Anch. xxix. quòd incipit:viſis
15 diligenter actis & actitatis.vbi conſuluit,quòd † decretum interpoſitũ à iudice ſine cauſæ cognitione, eſt ipſo iure nullum. Allegat.l.magis puto.§. ne paſsim.ff. de re.eo. & Bar.in.d.l. prolatam. & alia de quibus per eum.Pro quo etiam vide Paul.de Caſt.conſi. lxxxix.incipien.Chriſti.&c.ſuper eo, quod quæritur.vbi plus voluit,quòd ſi notarius rogatus de interpretatione decreti, ſciebat interueniſſe cauſæ cognitionem: non creditur ſibi: quia diligens inueſtigatio, quæ requirit cauſæ cognitionem, non potuit fieri tempore inſtrumenti confecti: ſed requirebatur temporis interuallum.ideò de ea potuit tunc notarius eſſe rogatus.iuxta no.per gl.& Bar.in.l.j. C.de fi.inſt. lib.x.& Bartol.in.l.ſi Stichum.ff.de verb.obligat. & eſt doctrina Inno. licet ipſe non dicat in c.quoniã contra.de prob.cũ concor.quàs alias ibi dedi.Subdit etiã Pau.quòd imò ſi eſſent verba iudicis,nõ creditur ſibi:cũ eſſet in ſua poteſtate omittere cauſæ cognitionẽ. ideò verba enuntiatiua nõ probant:vt per Bart.in.l.ſi for tè.ff.de Caſtren.pecu.cũ cõcor.debuit ergo de a cauſæ cognitione & debita inueſtigatione fieri ſcriptura de per ſe diuerſa ab eo, ſuper quo interponitur decretũ, ſecundũ eũ dicentẽ hãc hanc eſſe mentẽ Spe. in tit.de procur.§.j. verſi. quid ſi ſolũ per libellũ.Et adde hîc Bal.& Sali. in.l.j.C.ſi aduer.dona. vbi dicunt,quòd decretũ interpoſitũ cauſa nõ cognita, eſt nullũ [a] maxime quando continet aliquam remunerationẽ,vel repudiationẽ, vel alienationẽ. quod eſt perpetuò menti tenendũ,ſecundũ Ang. de Are.in.§.tripli.in.iij.col.Inſti.de actio. licet prædicta cõſilia nõ alleget. ¶ Duodecimò eſt alia deciſio Bal.in.l.captatorias.in.iij.col. verſi.iij. quæro.C.de teſtamẽ.mili.vbi dixit:teſtator cõmiſit declarationẽ certorũ debitorũ Seio, qui declarauit indiſcuſsè, & præcipitanter, ꝙ deberent reſtitui Caio,tanquã ab eo fuerint illa debita extorta:an valeat talis declaratio. Et refert Bar.conſuluiſſe, ꝙ non:quia nõ eſt ſecutus formam boni viri.alle. l.Thais ancilla.§. ſororẽ.ff. de fideicom.li. & aliquid debet ei cõſtare requiſito hærede. per.l.ciuitatũ legati. ff. de vſufru. leg.Et hoc dictũ ſequitur Io.de Ana.in.c.cũ ſit in fi.de Iudæis.& Lu.in repe.rubricæ.ff. de arbi.in.iij. col. & ibi etiam alle.dom. Anto.in.c. ſi pro debilitate.de offi.delega.ꝙ ſententia lata ad conſilium ſapientis præcipitatum,eſt nulla: licet hoc nõ dicat dom.Ant.in libro meo: nec in aliquo ex multis,quos volui videre.¶ Deci motertiò & vltimò ad idẽ facit deciſio Bal.in
16 c.j.ad fi.de inueſti.in ma.fac. vbi dicit, † ꝙ ſi arbitrator laudauit ex abrupto, arbitramentum eſt nullum. & ita dicit fuiſſe pronuntiatum.& hoc dictum ſequitur Abb.in.d.c.quintauallis. in pen.col.de iureiur.& d.Car.conſi.cxliij.inci.in Chriſti nomine, magiſter Bartholomeus de Mainentis cõducit communi Ferrariæ.&c. in.j.char. Pro quo etiam vide Bal.in.d.l.prolatam.in vlt.col. quẽ multũ ſequitur Ludo. in.l. ſciendũ.in pe.co.& in.l.ſi quis arbitratu.in.vj. col.ff.de ver.ob.& in.d.rubr.in.iij.col. Ad idẽ quod not.Pet.de Anc.cõſi.cxciiij.incip.prædictis ſubtiliter. in princ.vbi dixit,ꝙ abſolutio à b iuramento præſtita, non præmiſſa cauſæ cognitione,eſt nulla. [b] alle.not.hîc, & in.d.l.prolatam.Ad idem quod not.Lud. Ro.in.l.j.§. ſi qs ita.ff.de ver.ob.in.ij. col.ver. hanc autem opi. vbi dicit,ꝙ ſententia lata ſecundum conſilium ſapientis à iudice non lectum, eſt nulla. Not. Bal.in.l.j.in.j.col.C. de ſen. ex peric. reci. & ſimiliter dixit Bal.in.l.tribunus.§.aliquis.ff.de teſta.mili. quòd licet Epiſcopus confirmet vnũ ex geſtis per ſuum vicarium, nõ per hoc videtur alia reprobare.iuxta ca.nonne. de præſum. quando alia non legit,neꝙ examinat. Ad idem quod not. Angel.in.l.ſi ab arbitro.§.j.ff.qui ſatiſd.cog.vbi dicit non valere capturam,quam iudex decreuit contra allegatum ſuſpectum de fuga:niſi ſaltem ſummarie cognouerit de qua-

a ¶ Eſt nullũ. quãdo autem decreta primum ſecundũ dicantur nulla: & quãdo iudex poſſit illa reuocare: vide notabiliter p d.Sozi. conſi. ſuo xviij.incip, proſequendo ordinem. ver. & poſito ꝙ. cum verſi. ſequẽ. char.xxix.& ver. & ſic etiam ſequitur in.j. pte char. xxx. Sed nũquid quãdo decretum eſt ipſo iure nullũ, ſit neceſſariũ aliquod iudicium nullitatis intentæ dic quòd non: quia lex hoc facit. Non enim opus eſt hoc à iudice petere:ſed ſufficit in iudicio ius ſuũ deducere. Et ſi opponaſ de ſentẽtia, vel decreto: debes replicare de nullitate. Ita per eundem Sozi. habes in.d.conſi. & verſi. circa medi. char. xxv. & ver. primum quia ex quo. char. xxxj. Quod eſt nota. pro modo practicandi. Et quòd decretum ſine cauſæ cognitione ſit nullũ, adde Do. & Alex. in.l. bonorum.C.qui admit.& Fed.de Se. ſuo cõſ. cxxxvij. & cõſilio cxxxvij.

b ¶ Eſt nulla. Facit qđ habetur etiam per.d.So.ſuo conſi.cxv.incipi. circa primã quæſtionem.ver.prætereà.not.in.j. parte. char. cclxxx. iij. quòd Papa abſolutionem à iuramento non probata læſione concedere nõ poteſt. &adde Bal.in.l.ſi. in.j.col. ver. conſulunt tamen docto.C. de non numpecu.

litate perſonæ capiendæ, ponderando ea, de quibus per eum ibi. & in ſua repe. l. nemo carcerem. C. de exac. trib. lib. x. Ad idē quod not. Fede. conſi. cclj. incip. caſus talis eſt: Iacobus de Cremona iudex collateralis. vbi conſuluit, quòd præceptum factū iudici ſeculari per eccleſiaſticum ſine cauſæ cognitione, eſt nullū. Ad idē quod no. Bal. in Spe. in ti. de app. in. vij. char. ver. not. quòd iudex. vbi dicit, quòd ſi iudex appellationis tulit ſententiam, non viſis actis primi iudicis, ſententia eſt nulla. Et idem ſi acta nō fuerunt coram eo producta. alleg. gl. & Bart. in. d. l. ij. C. de eden. Ad idem quod no. Lu. conſ. ccccliiij. quod inci. de re præſenti. iiij. &c. ad fi. vbi dicit, quòd miſsio in poſ. ex ſecundo decreto ſine cauſæ cog-
17 nitione eſt nulla. Ex quibus omnibus apparere poteſt: † quòd licet paſſus iſte ſit diſputabilis, tamen hæc ſecunda pars ſuſtentabilior & communior videtur: videlicet, quòd ſententia lata ſine cauſæ cognitione ſit ipſo iure nulla. & ſic trāſeat in rem iudicatam. Nec ob. vltima ratio pro parte contraria, quòd talis ſententia ſit contra jus litigatoris: quia talis ſentētia eſt etiā jus contra ſcriptū diſponens talem ſententiā nullam: vt eſt in iuribus prælegatis.
¶ Sed hanc concluſionē poſſumus limitare ſex modis, per quos
18 adducta in contrarium pro maiori parte ſaluantur. ¶ † Limita igitur primò, vbi iudex vidiſſet ſaltem iura vnius partis, & alia pars fuiſſet negligens in producēdo iura ſua: quia ſentētia tenet: ſecundū Ioan. de Fan. & Dom. in. c. primates. ij. q. j. Dom. e. cauſa & qō. in ſum. in. ij. col. ver. crederem ſic poſſe diſtingui. & Bal. in l. ab eo. in. ij. col. C. quomodo & quando iu. Et bene probatur in c. prout. de do. & contu. & in. c. ſuborta. de reiud. vbi valet ſententia non viſis actis partis contraria eis. Et ideò dicit Bal. in. d. l. pro latam. in. j. col. quòd vbi iudex noluit recipere aliquas probatio-
19 nes, ſententia eſt ipſo iure nulla. allegat glo. hīc. ¶ † Secundò limita, niſi ſententia lata eſſet adhibito interuallo temporis aliquali: ſed tamen minori, quàm exigat materia: quia tunc ſententia non eſt nulla: ſed habet in ſe aliqualem præſumptionem cauſæ cognitæ. Et ita procedit tex. in. d. c. cum ex literis. quem ita declarat ibi dom. Abb. multùm notans ipſum in ver. non plenè. ¶ Ex quo infert dictū Bart. in. d. l. prolatam. procedere quando apparet iudicem fuiſſe prorſus ignarum de mente cauſæ: & hoc attenta maxima temporis breuitate. Et pro hoc etiam facit tex. qui ſic poteſt intelligi in. d. c. cum Bertoldus. in ver. ſufficienter. quem ita intelligit Lud. in. l. ſciendū. in pen. col. ff. de ver. obli. Ad idem vide etiā quod not. dom. Abb. in. c. afferte. in. ij. col. de præſum. vbi dicit, quòd gl. hīc & dictū Bart. in. l. prolatam. debet intelligi, quando nihil fuit agitatum in cauſa. Secus vbi fuit agitatum, licet nullæ probationes factæ fuerint: quia poterat iudex moueri ex aliquibus præſumptionibus, quas ipſe ſolus elicuit iudicio intellectus: vt ibi bene probatur. vnde imputatur parti non appellanti ſecundum eum, qui conſuluit iudici: vt faciat ſcribi in actis præſumptionem, per quam ſe mouit, vt iudex ad quem, cui adhuc nō conſtet, ſententiam retractet. iuxta not. per Inno. in. c. quoniam contra. de prob. dum dicit cautū eſſe, vt iudex faciat ſcribi in actis rubrorem, vel pallorē teſtium. Ad quod vide etiam Ang. in. l. Lucius ff. de infa. Et dicit Abb. poſt Hoſt. in. c. cum contingat. in pe. col. de offi. deleg. & quod dixi in. c. quoniam contra. ¶ Et hanc limitationem ponit hīc Abb. in repe. in. v. col. per. d. ca. afferte. ad quod
20 vide Paul. de Ca. in. l. ſciāt cuncti. C. de proba. ¶ † Tertiò limita, niſi feratur ſententia ſuper facto notorio, quia tenet, licet fuerit omiſſa ſolita cauſæ cognitio, ſecundum dominum Abb. hīc in repe. & in. c. ad noſtram. in. iij. col. de iureiuran. per tex. gl. & Bar. in l. ictus fuſtium. ff. de his, qui no. infa. vbi probatur ſecundū vnam lec. quòd non requiritur in notoriis cauſæ cognitio: imò nec ſolēnitas ſentētiæ: ſed ſufficit præceptū. Ad idē quod not. Bar. in. l. ij. §. de frumētaria. ff. de admi. re. ad ciui. perti. vbi dixit, q valet ſententia lata pte abſente & nō citata, quādo cōſtat nullā defenſionē parti competere. quod dictū multū ſequitur. d. Abb. in c. ex inſinuatione. quaſi in fi. de appel. & in. c. j. in ij. col. de cauſa poſ. & in. c. cū olim. in. vj. col. de re iudi. & in multis alijs locis. ¶ Adde etiā huc tex. in auf. ſi quis. C. de adulte. ibi, nulla ratione quæſita, habent puniendi licētiam. & in. l. Diui fratres. §. j. ibi, & euidētes probationes. ff. de lib. cau. & quod ibi not. Benedictus de plūb. Et hinc eſt, quòd ſi iudici aliquid conſtat per confeſsionem partis, non curatur de ineptitudine proceſſus: vt probatur in. c. j. &. ij. de accuſa. in. vj. not. Bal. in. l. ſi confeſſus. ff. de cuſto. reo. & Inno. in. c. qualiter. ij. cum concor. de accuſa. & ibi aliās declaraui. An autem aliqualis ordō requiratur in notorio? dic, vt per Inn. in. c. tua. ad fin. de coha. cle. & mulie. & in. d. c. ad noſtram. cum ſi. ¶ Et adde præcedenti limitationi id, quod ſcribit. d. Car. in. d. conſi. cxliiij. in. ij. char. vbi dicit, q arbitramentum latum ſine debita cauſæ cognitione non eſt nullum: quòd tempus decurſum inter diem compromiſsi & laudum, non eſt adeò breue: quin poterit adhiberi aliqua cognitio. alle. d. c. cum ex literis. ſecus ſi procedit ex abrupto, & dicitur eſſe diligendum Bald. in. c. j. de inueſti. in ma. fac. alle. ſ.
21 in ver. xij. ¶ Quartò limita, niſi ſententia lata ſit ſine cognitione parte præſente, & non reclamante: quia tunc valeret. & videtur parti imputandum: cum non reclamauerit: ſecundum. d. Anto. & Imo. in. c. quoniam contra. in vlt. char. de prob. per id, quod in ſimili not. Barto. in auf. ſi quis in aliquo. ad finem. C. de eden. dum dixit, quòd ſi ſententia enuntians lit. conteſt. iuramētum calumniæ, & alia, lata fuit partibus præſentibus, & non contradicentibus, probantur illa acta præceſsiſſe. per. l. j. C. de relat. vbi etiam idem dixit Bart. & idem Bart. in. l. acta. in prin. ff. de re iud. & in. l. fi. ff. quando app. ſit. & Bal. & Sal. in. l. emancipatione. C. de fid. inſtru. & Ang. in. l. hi, qui ad ciuilia. in fi. C. de appel. & Bald. in. l. ex his. in. iij. col. C. de teſta. mili. & Lud. in. l. qui in aliena §. fi. ff. de acqui. hære. cum concor. quas aliās dedi in. d. c. quoniam. in. v. concluſione. Et hanc limitationem firmat etiam Lap. alle. xxiiij. quæ incipit, delegata cauſa. &. d. meus auditor Rotę in ſuo repertorio. in ver. ſcientia. in pe. col. ¶ Sed de iſta dubitatione poteſt dubitari ex his, quæ dixi in. d. c. quoniā contra. poſt Lud. in. l. ſciendum. in. xxv. col. ff. de verb. obli. & Raph. Cu. in. l. fi. ff. quando appel. ſit. quia pars tacens nō videtur ſibi præiudicare: cum ſciat ius ſuum ſaluum durare. l. ſicut §. nō videtur. ff. qui. mo. pig. & hypo. ſol. Ex quo omiſsio cognitionis cauſæ reddit ſententiam nullam.
¶ Non obſt. dictum Bartol. in. d. auth. ſi quis. cum concor. quia licet præſente parte, & non reclamante, præſumatur acta interceſſiſſe: non tamen præſumitur cauſæ cognitio, ex quo conſtat contrarium propter breuitatem temporis: vt per Angel. in. d. l. prolatam. ¶ † Quintò limita: vt iſta intelligantur in ſententia condēnatoria: ſecus in abſolutoria: quia illa non requirit probationem:
22 ſed ſufficit præſumptio iuris, quæ eſt pro reo. Nam abſolui debet actore non probante. l. qui accuſare. C. de eden. Ita limitat Bald. in. l. licet. in. j. colum. C. de iud. quod dictum intelligerem in abſolutione ab obſeruatione iudicij, non in abſolutione à diffinitiua: per id quod not. Bartol. & omnes in. l. properandum. §. & ſi quidem. C. de iudi. Nam vbi actor ſe abſentauit, non datis dilationibus ad probandum: non poteſt dicere liquere de cauſa: ſecundum ipſos. ſecus vbi eſſent datæ dilationes ad probandum, & actor ſe abſentaſſet. Nam tunc poteſt abſolui reus diffinitiuè: vt ibi dicitur, & per eos in. c. prout. de do. & contu. Et idem eſt vbi terminus eſſet præfixus expeditioni cauſæ de conſenſu partium. Nam ille terminus habet vim termini dati ad probandum, ſecundum Inno. in cap. ſuper eo. lo. ij. de appel. Spec. de ſen. prola. §. nunc viden dum. verſi. illud. & Bar. in. l. ſi demeis. §. fin. ff. de arbi. & plenius Ludo. in. l. admonendi. in. iiij. colum. ff. de iureiu. cum concor. Item iſta limitatio non procederet in caſibus, in quibus non procedit regula. d. gl. qui accuſare. quos enumerauit ibi Bartol. & Bald. & alij. & gloſ. magiſtra in. c. vt noſtrum j. de eccle. benefi. per Specul. tit. de probationi. §. probare. ver. nunc ad propoſitum. cum ſeq.
23 ¶ † Limita ſextò, & declara aduertenter prædictam concluſionem, vt procedat quando conſtat non fuiſſe cognitum de cauſa: quia de hoc euidenter denotatur temporis breuitas. Item vbi hoc non cōcurret, ſed appareret, quòd nō vidit acta, vel probationes alterius partis: quia tunc apparet, quod fuit lata ſententia ſine cauſæ cognitione: ergo nulla per prædicta, ſecundum quod infrà dicetur. Sed vbi lata eſſet ſentētia, etiā condēnatoria, nullis datis dilationibus ad probandum: talis ſententia tranſit in rem iudicatā, ſecundum Barto. in. d. l. prolatam. & dom. Anto. hīc poſt multa: quia licet dilationes ad probandum ſint de iuſtitia: tamen non ſunt de ordine ſubſtantiali. Hinc eſt, quòd ſi omittātur, aut nimis abbreuientur, eſt proditum remedium appellationis & nullitatis. c. j.

¶ Nec excuſatur, quòd non probauit ex eo, quia non fuit ſibi aſsignata dilatio: quia probationes fieri poſſunt nulla data dilatione ad probandum. l. in crimine. & ibi Bart. ff. de adul. Nec ob. quòd non videatur de cauſa liquere: quia ſola aſſertiōe partiū potuit de cauſa liquere. l. ſi. C. ſi per vim, vel alio modo. & vbi pars eſt citata, vel præſens, & audit, ſatis dicit de cauſa cognitū: vt eſt tex. not. in. l. in cauſæ. la. j. §. cauſa. ff. de mino. & ſentit Inn. in. c. prætereà. in gloſ. ij. de dila. & dilationes debent peti à partibus. l. à procedente. in ver. poſtulari. C. de dila. & iudex non impartitur officium nō petitum. l. iiij. §. hoc autem iudi. ff. de dam. infec. Et iſtud eſt tenendum per prædicta, & ſtatim dicenda: licet aliud dicant dom. Abb. & Imo. & Bal. in. l. pe. in penul. co. C. ſi aduerſ. rem iudi. & in. d. l. prolatam. Nec ob. quod not. Inn. in. c. tua. de cohabita. cleri. & mulie. quia non loquitur in dilationibus, ſed quando abſque cauſæ cognitione proceſſum eſt. Fortius concludere videntur do. Anto. & Imo. hīc, quòd ſi dilatio fuit petita & denegata, & oblata defenſio, & non admiſſa: ſed tamē ſi ſententia eſt lata præſente parte, vel citata, non eſt nulla: ex quo eſt lata cauſa cognita. d. §. cauſa cognita. & ita allegant Bartol. in. d. l. prolatam. Et idem vult hīc domi. Abb. in repet. Per id quod no. Inno. in. c. poſt electionem. de conſt. præben. & bene facit tex. in. c. dilectus filius. & in. c. ex parte j. tit. proxi. vbi licet pars proponat exceptiones & defenſiones ſuas, & iudex non admittat, debet appellari: quia hoc eſt contra ius partis. & ſi nō appellaretur, valeret ſententia. Facit cle. cum à repulſione. de appel. & ibi vide Petr. de Anc. pro hoc etiam text. in. c. conſtitutus. iiij. j. de teſti. ibi: ſi reus per violentiam ſit expulſus, & non pateat ſibi aditus ad iudicem, & non ſit admiſſus ad probandum, valet ſententia, niſi appelletur. & ad hoc illum text. not. ibi Bal. & Imol. Idem videtur etiam vbi pars obtinuit probationes incontinenti: vt ſingulariter probatur in. c. interpoſita. de appel. in prin. & eſt imputandum nō appellāti: cùm poſsit iudex, *vbi *ibi videtur, audientiam de negare. l. ſed ſi per prætorem. §. ſed ſi cum deſiero. ff. ex quib. cau. ma. Et ſecundum hoc declara quæ dixi in. iiij. limitatione: vt intelligatur, quando conſtat de cauſa non fuiſſe cognitum ex conjecturis prædictis: ſed vbi hoc nō cōſtat, procedūt proximè dicta. ¶ Similiter & fortius videntur concludere domin. Anto. & Dom. hīc poſt Cal.
24 † quòd ſentētia condemnatoria lata nullis factis probationibus teneat. & idē Bar. & Bal. in. d. l. prolatā. per tex. in d. l. argentarius. §. cū autē. in verbo, ſinō probauit. Et idem tenet Bal. in. l. pen. in pe. colum. ver. conſydera ergo. C. ſi aduer. rem iudica. & hic: quia media cauſę. & ſic probationes, non ſunt de ordine ſubſtātiali: licet ſint de iuſtitia. Et pro hoc optimè facit à fortiori. d. c. interpoſita. inducendo: vt. s. & imputatur non appellanti. l. ij. C. ſi ſæpius in integ. reſti. fue. poſt. & iſtud eſt ſubſtantiale per tex. hīc reuocātes. & ſentit Inno. in cap. cum. Bertoldus. de reiu. in loco allegato. in prin. huius arti. licet gl. d. Car. & Imo. hīc, per gl. ij. q. j. in ſumma & in. d. l. prolatā. aliud teneat. nec pro eis facit. c. cum Bertoldus. quia dicit irritandam. Item iudex vidit ibi aliquas probationes. Nec etiam facit. c. primates. ij. q. j. quia licet dicat irritā, tamē dicit iniuſtam, & retractandam: ita quòd verbum irritam, intelligitur: id eſt, irritandam. igitur non eſt nulla. & pro prędictis etiam facit quod no. Bal. in. l. j. in. iij. col. C. de eden. vbi dicit, quòd iſtud, quod dicitur ſententiā eſſe nullam, ſi iudex non vidit acta: intelligitur de actis, per quæ ſubſtātiaē iudiciū, puta nō viſo libello; nō viſa lit. cōte. ſecus in actis probatorijs. Nā licet iudex ea non examinauerit, propter hoc ſententia nō eſt nulla: licet iudex malè faciat non viſis actis probatorijs. l. ſi de meis. §. fi. ff. de arbit. Nam per probationes non ſubſtantiantur iudicia, ſecundum Bald. firmantem quæ proximè dicta ſunt. Et ſecundum hæc verba Bal. intellige glo. in. §. ſuſcepto. in verbo conteſtatio. circa medi. in authen. de exhi. reis. dum dicit non valere ſententiam non præcedente litis conte. & probationibus. & ſic copulatiuè loquitur. Et hanc ſecundam limitationem firmant latè Moder. in repe. c. dilecto. in antepe. charj. de appel. illud non ponentes in iſto paſſu. ¶ Expeditis iſtis limitationibus, per adducta pro & contrà, poſſunt ſatis commodè concordari: ſupereſt colligere vndecim notab. facientia ad ornatū
25 huius materiæ. ¶ Et primò not. † quòd miſſus in poſſeſſionem inordinatè, & ſine cauſæ cognitione, non facit
a fructus ſuos, a ſecundum Inn. in. c. conſultationibus. poſt princ j. de iurepa. & ſequitur Bal. in. l. ij. in pe. col. de ſer. Et idem not. Lu. in. d. conſi. cccliiij. ad fi. non allegando Innoc. ſed alia iura. & bene facit conſi. Petr. de Anchara. cxxvij. incip. ſatis inaduertenter. ad finem. ¶ Secundò
26 nota, † quòd Epiſcopus non poſſet ſtatuere, quòd liceret pronuntiare ſine cauſæ cognitione, ſecundū Bal. in repe. l. ij. in. ij. char. ver. ſed quid de conſtitutione epiſcopali. ff. de iureiur. alle. Ioan. And. in. c. fi. de app. in. vj. Pro quo facit: quia cauſę cognitio eſt de iure diuino: ſecundum Abb. in. c. j. in. iij. colū. de cauſa. poſ. & proprie.
27 ¶ Tertiò no. q † diſpēſatio inferioris à Papa ſine cauſæ cognitione non valet: nō ſolùm ſi fit ex ordinaria poteſtate, ſed etiam ex ſimplici indulto Papæ, qui contra ius
b comitte poteſt ſine cauſa diſpenſare; b iuxta no. in cap. quæ in eccleſiarum §. eo. Ita dicit Inn. in. c. cum ad monaſterium. in fi. glo. inci. niſi ex cauſa j. de ſta. mo. & in. c. dudum. ij. in vlt. col. ver. idem & ſi Papa mandat. de elect. & in cap. veniens. poſt prin. de ſi. presby. & no. d. Abb. in. c. prętereà. el. ij. in. ij. col. de teſti. cog. & Bal. in. l. ſi teſtamētū. poſt prin. C. de teſti. & Imol. in. l. quidā cōſulebant. ff. de re iud. & in. c. j. in. x. col. de conſti. & in. c. de multa j. de præben. & do. Abb. in. c. at ſi clerici. §. de adul. in viij. col. de iudi. & Ioan. de Ana. in. c. fi. in. ij. col. de ſimo. facit gl. j. in fin. c. j. ſi quis ſine examinati. lxxxj. diſt. cum concor.
28 ¶ Quartò no. † quòd ea, quæ dicta ſunt de ſententia, videntur procedere etiam in interlocutoria. & ita no. Bal. in. l. ex ſtipulatione. per illum text. C. de ſen. & Bart. in. l. ſi. per illum text. in ver. cauſa cognita. ff. de fer. & in. l. à procedente. C. de dilati. per illum tex. in verbo, non aliās ſine cauſa cognita. Facit, quod not. Inn. in. c. cum veniſſent. in gl. & malè, quia lite pendente j. de reſti. in inte. dicens, quòd præceptum ſine cauſæ cognitione non tranſit in rem iudicatam & neceſsitatem. & ſequitur ibi do. Abb. & not. Pau. de Caſt. conſi. xxxix. & Ludouic. Rom. in. l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de operis not. nū. & d. Ab. b in. c. conſanginei. ad fi. de re iudi. & domi. Abb. in cap. ex parte. primo. in vlt. colum. propter gl. fi. ibi j. de verborum ſignifi. Bartol. in. l. non fatetur. ff. de confeſ. Sed cōtra iſtud non videtur tenere Bal. in. l. penul. in prin. C. de temp. in integrum reſtitu. pe. dicens ſe credere, quòd dilatio conceſſa ſine cauſę cognitione valet: quia eſt interlocutoria. Facit text. in. l. j. in fin. ff. de conſti. Prin. ibi, vel de plano interlocutus eſt. & in. c. interpoſita. in prin. j. de appel. vbi, ſi iudex appoſita exceptione incontinenti eā reijcit: nec admiſit probare volentē, valet ſentētia, ſi non appelletur. Facit quod notat Bartol. in. c. j. in. j. colum. de dilationi. vbi dicit, quòd in proceſsibus arbitrarijs, prout eſt in dilationibus, non habet locū. l. prolatam. ſæpe allegata. Et ita dicit eſſe caſum ſingula. & menti tenendum in dicto. cap. j. vbi eſt neceſſe appellare. Vnde prima facie credērē ita concludendum in iſta quæſtione, prout cōcluditur in alia: videlicet, quādo quæritur vtrū ad introlocutoriā ſit neceſſaria citatio. De qua remitto pro nunc ad Inno. in cap. querelam. ad finem. & in cap. auditis. de procurat. & ibi per dom. Anto. Imol. & Abbatem & Bald. in. l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de officio procon. & Lud. in. l. ſi poſt. ff. de oper. noui nun. & in. l. j.

a ¶ Suos. Adde Bar. & Alexan. plenè poſt gl. in. l. ſed & filege. §. ſcire. ff. de peti. hæred. & glo. in. l. ſi fur. §. j. ff. de vſuc. & Bal. in. l. j. C. de his, q. vt indig. & omni no per Alex. conſi. xx. iiij. parte. & cōſi. cij. eadē parte. Sed nunquid ſi quis virtute iniuſti docreti poſſeſsionem ingrediatur, poterit accuſari & puniri de vi lucratiua? dic, quòd ſic: vt p do. Sozi. ſuo conſil. xviij. incipi. proſequendo ordinem. ver. vt de actibus iudicialibus, circa medi. in j. parte char. xxx. & conſi. clviij. incip. viſis proceſſu ſententijs, ver. primus caſus eſt, quā do. cum duobus verſ. ſeq. in. ij. pte.

b ¶ Diſpēſare. Adde Bar. in. l. Barbarius. xij. col. ff. de off. præto.

ff.de arbitris.cum concordantijs infinitis: in quibus vi-
detur communiter dici, quòd si interlocutoria sit ma-
gni præiudicij, requiritur citatio,per.c.j. de causa pos.
& proprie.&.c.inter quatuor.de maio.& obedi.&.l.nã
ita Diuus.ff.de adoptionibus.cum similibus. secus si est
parui præiudicij,vel nullius.per textum optimum in.l.
ille à quo.in prin.ff.ad Trebel.de quo facit ibi festũ An-
a gel.¶ Et de præcepto facto sine causæ cognitione:[a] dic,
vt per Bartolum & Imo.latè in.l. filiusfa.§. Diui. ff. de
leg.j.per Baldum in.l.quoties.C.de fideicom. per Bar-
tolum, Angelum,& Imolam in.l.publicorum. de publi
cis iudicijs.per Io.And.in Spec.in titulo de iurisdi. om.
iud.in fi.& de sen.prola.§.species.versic.sed nunquid iu-
dex.& Imo.in.c.constitutus.in.viij.colũ.de fideiussori.
29 cum concordantijs.¶ Quintò no. † ꝙ sicut omissio or
dinis iudiciarij in causis ordinarijs,reddit ꝓcessum nul-
lum.d.l.prolatam.cum concordan. ita omissio ordinis
qualisqualis in extraordina.Ita Pet.de Anc.consi..clxiij.
incip.visis diligenter omnibus,de quibus suprà fit men
tio.in.iij.col.ita dicens sentire Inn.subtiliter in.c.tua.ad
fi.de coha.cleri.& mulie.dum dicit,quòd in notorijs,&
si non omnis,tamen aliquis ordo seruandus est. Et ita
dicit Pet.de Anc.se dixisse in.c.j.de officio deleg.Et per
illa verba Inno.dixit in proposito Bal.in.l.ius alimento
rum.ff.vbi pupil.educ.debeat. quòd decretum iudicis,
vel mandatum factum sine causæ cognitione non habe
tur pro nuda citatione.¶ Ad idem quod notat Imo. in
l.fi.ff.de lib.& posthu.vbi dicit per illum tex.quòd libel
lus ineptus vitiat iudicium,in quo proceditur sine figu
ra iudicij.Quod limita,nisi ex narratione posset com-
prehendi intentio actoris,secundum Bartolum in ex-
trauag.ad reprimẽdũ.in ver.figura. in.iij.col.ver.& ad-
uertendum,quòd illa petitio. & facit gl.in.l.vinum. cũ
concor.ff.si certum pet.Et huc adde Bal. in.c. quoniam
contra.in antepenul.col.de proba.vbi declarat quando
in causis breuibus requiratur aliqualis fides actitatorũ
distinguendo,an pars sit præsens,an non: & notabiliter
loquitur ad intellectum eorum,quæ no. Bar.in auf.ni-
30 si breuiores.C.de sen.ex per.reci.¶ † Sextò not.ꝙ licet
spoliatus à iudice non sit ante omnia restituendus,cum
pro eius authoritate præsumatur:iuxta gl.or. & Archi.
in.c.præsentium.vij.q.j.& per Hosti. in summa de rest.
spo.§.quando facienda,in prin.& Arch. in.c.quorundã.
lxxiiij.dist.& in.c.hoc quippe.iij.q.vj.& omnes in.c. cõ
querente.de rest.spo.&.d. Ant.& Imo.in.c.ex insinatio-
ne.de procu.cum concor.tamen si iudex aliquem spolia
uit sine causæ cognitione,ille ante omnia restituendus
est,si petat:secundum Archid.& Do.in.c.notum.ij. q.j.
Et bene facit quod not,d.Card.in cle.j.in fi.de cele.mis.
vbi dicit, ꝙ regulariter quando iudex procedit sine cau
sæ cognitione,censetur tanquã priuatus: nec sibi obe-
diendum est.per no.in.c.conquerente.Et ad idem vide
d.Abb.in.c.dilectus.j.in.iiij.no.de rescrip.bene facit gl.
fi.in.c.causam.j.de offi. delega. per quam colligit ibi.d.
Abb.quòd spoliatus virtute sententiæ nullę restituitur
ante omnia.Et no.d.Ant.hîc in vlt.no.per istum tex. &
plenius omnes in.c.cum causam.j.de offic. deleg. vbi est
31 tex.¶ Septimò no.† ꝙ rescriptum vetans causæ cogni-
tionem,est suspectum de falso.tex.in.c.ij.in titu. proxi.
& ibi Imol.post alios dicens, ꝙ ad hoc quotidie allega-
32 tur.¶ Octauò no.† ꝙ vbicũꝗ iudicinm inchoatur su-
per rebus,quæ breuissimo tempore corruptionem ac-
cipiunt,eius tractatus non debet esse longus: sed debet
iudex ita celeriter & leuato velo expedire,quòd res sup
qua litigatur,corruptionem non accipiat.Ita dicit Bar.
in.l.j.ff.de glande legenda.per illum tex. vbi causa simi-
lis debet expediri tribus diebus,si sic exigit eius natura.
Et pro hoc infert,quòd causa prioratus, seu cõsulatus,
qui durat duobus mensibus, debet ita citò expediri, ꝙ

a ¶ Sine causæ cognitione. Quòd non valeat,& nũꝗ transeat in rem iudicatã:adde Innoc.in.c. cum.venissent.iiij.col.magna.ver.vel dic,& melius. de restit. in inte. Quod verum in contẽtiosis,non in voluntarijs:vt ibi. & tenet Bald.in marga.ver. mandatũ, ver.xj.

b ¶ Sit factus. Adde tex.in.l.nõ videt.§.qui iussum. de re.iur.per glo. ord.& adde quod no.in.l. nõ est matrimoniũ. per gl. ff.de nuptijs & l. quoniam iudices. C.de appel.& no. in.l. si quis id qđ §.fi. versi.doli.de iur. omn.iudic.& Spe.in tit. de ob. & sol.§.ij.illud.& l.quanquã.in glo. ff.de aqua pluuia ar.& text. in cap. quisquis manda. to.in sexto.

tempus non incipiat transire. quod dicit esse multũ no.
& remittit ad no. ꝑ se, in.l.si prius.in.x.q. de oper. noui
nun.& sequitur Lud.in.l.stipulationes non diuiduntur.
in.xxxiiij.col.ff.de verb.obl. & in.l. si verò.§.de viro.in
xl.fallen.ver.xvij.ff.sol.mat. Et dicit, quòd tali casu po-
test procedi die feriata.alleg.cap.fi.die iud.faciunt not.
per Bar.in.l.is à quo.ff. vt in pos.leg.& l.iiij.§. condem-
natum.ff.de reg.iur. cum concor.ideò dicit Bald.in.l.j.
post prin.C.de temp.app.quòd ibi tota instantia breuis
est,ibi & singula eius membra. alleg.not.in cap. de cau-
sis.de offi.deleg. dicit tamen Bal.in.c.ij.j.de re iudi.quòd
bona festinatio permittitur, quando plenè de causa li-
quet iudici:mala autem prohibetur : puta si non liquet:
quia tunc debet differri.l.si de meis.§.fin.ff.de arb.¶ No
33 nò not. † quòd illud, quod dicitur, quòd iussus iudicis
b excusat à pœna,etiam si non rectè sit factus: [b] vt per gl.
& doct.l.iustè possidet. ff.de acqui.post. debet intelligi,
dummodò iussus emaneat nõ rite:id est non seruato or
dine iudiciario:quia tunc non excusat à pœna: secũdum
Bartol.in.d.l.iustè.in princ.& ibi per alios.& ita intelli-
34 git.l. meminerint.C. vnde vi.¶ Decimò not. † quòd li
cet cõmissio iudicis super aliqua executione duret etiã
re integra in tempus successoris : puta, licentia data de
capiendo debitore : vt per Bart. in.l.fundi.ff.de acquir.
pos.tamen si illa licentia , vel commissio fuit facta causa
non cognita,non transit in successorem,secundum An
gel.in.d.l.fundi.quia finito officio, finitur virtus licen-
tiæ.l.fi.cum glo.ff.de pœ.& ita etiam finitur potestas e-
xequendi secundum eum : quem sequitur ibi Imol.licet
recedat ab eo in exemplo, quod dat Ang.Ad quod etiã
vide Ang.in.l.si per epistolam.ff. de acquir. hæreditate.
¶ Vltimò no.quædã quæ inseri possunt,tamẽ reprehen
dendo: Accelerantes præcipitant iudicia.& vide Specu.
in tit.de app.§.nunc breuiter. versi.item secũdum quos-
dam.vbi loquens de quadam lite sibi commissa & incho
35 ata ante natiuitatem suam:subdit, † quòd ex tanta ven-
tilatione illud saltem finaliter euenit, quòd veritas ex-
quisita splenduit in lucẽ:inuehitur contra stylum curiæ
regis Franciæ,vbi nõ seruatur ordo iuris:& malè , secũ
dum eum: quia iniquitas omnia præcipitat.c. inter hir-
cum. de pœn.di.j. Nec est sententia præcipitanda.vj.q.
c.quæro:vt ibi latius per eum.Et dicit Pet. de Anchar.
consi.ccliiij.incip. ex verbis dictæ sententiæ. in fi. quòd
non est mirum , si Venetijs sententiæ non transeunt in
rem iudicatam : imò perpetuò corã certis auditoribus
sententiarũ potest ostendi de iniquitate sententiæ: quia
nimis de facili contra absentem indefensum & inauditũ
pronuntiãt, meritò de facili posteà querelãtem audiũt:
vt l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur.Et facit glo. trita in
l.si minor.ff.de euict.& quod not.Inno. in.c.querelam.
in.ij.col.de elec.& Bald.in.l.si pacto,quo pœnam. C.de
pact. cum concor. In quibus dicitur , quòd gesta de fa-
cto , & parte inaudita , possint etiam parte inaudinata
reuocari.Et pro istis facit etiam text.in cap.ad nostram.
in verbo causarum meritis.de consue.per quem Bal.ibi
inuehitur cõtra iudices fabricãtes sententias, non rumi
nato processu. Facit.c.licet.xlv.distinctio.ibi , post mul
tarum experimenta causarum.facit c.ponderet.l.distin.
Per quem textum exclamabat ibi Domini.contra iudi-
ces,quibus de sero mittitur processus, & de mane iudi-
cant.& non allegat Bart.qui idem dixit in.l.prolatam.fa
cit.c.sciendum xxix.ibi* quia medullitus non indagant:*
in erroris labyrinthum* intricando impinguntur: * &
ibi Domini.in.ij.not.Facit tex.in.c.non in perpetuum.
xxiij.quæstio.iij.ibi:præcipites ruunt.& ibi gloss.dicit,
quòd iudices non debent esse præcipites ad excommu-
nicandum: quia iniquitas omnia præcipitat : sed virtus
lenta est,& omnium percõtatrix. Allegat.d.c.cum inter
hircum. facit.c.summopere.xj.q.iij.ibi,nõ leuitate , aut
furo

furore ducti sunt præcipites , sed causis diligenter ventilatis. Fa-
cit.c.cum apud Thessalonicam.xj.q.iij. & c.iudicantem. xxx.q.v.
& pulchrè Specu.in ti.de probat.iud.§.j. post principium. & vide
Ioã. And.in.c.qualiter.j.de accusatio.vbi refert Hieronymum su
per Hieremiam.lib. xx.dicentem:Non potest maturitas esse cõsi-
lij:vbi nullus est ordo iudicij.Bernar. in libro contra Pluuiacen-
sem,dum dicit:Nullus quidem ordo, quicquid recipit inordina-
tum.& est tex.in.*c.qui ambulat*.§.sed aliud.v.q.v.vbi testis prę-
cipitanter deponens, est suspectus. Quem pro singu. allegat Ro.
consi.ccccl ix.incip.an illi,qui cleriter.& dom.Abb. in procemio
Decretalium.in.v. col.& ibi dixi , & dicit Inno. singula.in.c.cum
ex literis.in glo.hoc non videtur.de restitutione in integrũ.quòd
literæ apostolicæ, vel mandatum Papæ viua voce,non præceden
te causæ cognitione,non habet vim sententiæ.quod ibi no. dom.
Abb.in.iij.colũ.Et infert, quòd vbi requiritur causæ cognitio,si
Papa mandat,sine causæ cognitione:non valet mandatum,nisi ap
pareat de certa scientia.quod pro quotidiano not.ibi domin.Ab.
¶ Et istis adde Bald.in.l.si cum ipse.ff.de excusati.tutor.vbi inue-
hit contra iudicem festinanter descendentem de bancho. & vide
Ioan.And.in.c.pastoralis.de iurepatr. vbi dicit, quòd eoipso con
uincitur Episcopus de malitia, quòd probatur eum non admisis-
se pręsentatũ sine examine,& pręcipitato iudicio.¶ Demũ de ista
materia nimis forte extensa, vide aliquid per Oldr.consi.cclj. per
Bal.in procemio Digestorũ.per Domi. in.c.Roma.§. caueant.in
ij.colum.de sent.excommu.in.vj. quæstio.j.per Ang. in.l. bono-
rum.C.qui admit.per Sal.in.l.si accusatoribus.in.ij.oppo.C.de ac
cu.per Bal.in tit.de pa.Constã. in verbo scientia. per Pet.de An-
cha.in. c.si fortè.de elect.in.vj.per Pau.de Cast.in.l. qui Romæ.§.
duo fratres.in fi.ff.de verb.obliga.per Bal.in.c.ij.de rescr. & in.c.
nouit.de offi.lega.bonus text.in.l.si pater.§. Sticho.in verbo satis
liquere prætori.ff.de fideicom. liber.& in.l.j.§.in summa:in versi.
causa cognita liquidò appareat.ff. quarum rerum actio nõ datur.
cum similibus. Et ista sufficiant in hoc eleganti passu , nullibi per
hunc modum expedita.¶ Extra glo.restat videre propriam & am
36 plissimam materiam huius:videlicet, † an & quando statuta laico
a rum comprehendant clericos,vel ecclesias?[a] Et generaliter quan-
do valeant in materijs spiritualibus,vel ecclesiasticis.quam mate-
riam satis plenè examinant hîc scriben. & præsertim domi. Abb.
in sua famosa repeti. ¶ Sed quia materia quotidiana est , & in ea
plurima necessaria addere oportet vltra eum : ideò inhærendo
vestigijs suis more solito, reduxi cõmentum suum per viam sum-
marij,& multa aliorum dicta hincinde sparsa, quãtò breuius pos-
sibile erit.Et quia propter diuersitatem casuum, nõ vidi modum
tractandi omnia secundum vsitatum stylum meum : ideò expe-
dietur materia per quæstiones.xx. ¶ Et prima maior cæteris tra-
ctabit de legibus Principum:reliquæ quæstiones de constitutio-
37 nibus inferiorum. ¶ † Quæritur igitur primò , vtrum leges Im-
peratorum comprehẽdant clericos? dic regulariter, quòd sic,per
textum optimum in.c.j.de noui operis nuntiatio.& in.c.si in ad-
iutorium.x.distinct.& in.c.quoniam.& in.c.de capitulis.& c.quis
autem.cum multis ibi positis. Et ratio colligitur ex text. in.c. fin.
xvj.quæstio.iij.vbi , venerandæ Romanæ leges diuinitus per ora
Principum promulgatæ.Facit.c.super Specula.de priuilegijs.vbi
dicitur sancta ecclesia legum secularium , nõ respuit famulatum.
Ad idem.c.cum ad verum.xcvj. distinctio. cum similibus allega-
tis per Domi. Abb.in.c.inter alia. in primo notabili. de immuni-
tate ecclesiæ. Et ita per doctores firmat Hostien. in.c. fina. de so-
38 lu.& dominus Abb.& alij in ista quæstione allegandi.¶ † Et hinc
est, quòd Romani Pontifices in decidendis causis,& negotijs eccle
siarum & clericorum sæpissime fundant suas decisiones in dictis
legum.Patet in.c.ex antiquis.liiij.distinctio.in.c.accusatores.& c.
cuius in agendo.iij.quæstio.viij.in.c.legibus.& in.c.cum deuotis-
simam.xij.q.ij.in.c.visis.xvj.quæstio.ij.in.c.id constituimus.xvij.
quæstio.iiij.& in.c.ij.de aliena.iud.mu. causa fac.in.c.innotuit. &
c.dilecti.de arbi.c.nouit.de iud.c.j.de iura. calũ.c.j.de confess.c.ad
vltimum.&c.pastoralis.de causa poss.c.in causis.& c.cum à nobis.
de testamen.& c.venientes.de iureiu.c.j.de re iudica. cap.secundò
requiris.de appel.c.cum dilecta.de confirma.vti.vel inutili.c.cum
ab omni.de vit.& hone.cle.c.ij. de conces. præben.cap. inter alia.

de immu.ecc.cap.ij.de spon.ca.diligenti.de si-
mo.c.calumniam.de pen.cap.quid per nouale.
de verb.signifi.cap. authoritate.& ca. dudum.
ad fi.de conces.præben. in.c. cum secũdum.de
hære.eod.lib.cap.si iudex laicus.de sent.excom
mu.eod.lib.& in.c.inquisitionis.de hære. eod.
lib. Et ideo dicit Archi.in ca.inter hæc. xxxiij.
quæst.ij.caueas tibi,ne dicas canonem legi ob-
uiare,si concordare potes. Et ad illum textum
dum dicit , sancta Dei ecclesia mundanis nun-
quam constringitur legibus. supplet legibus ta
libus , qualis erat illa , de qua fit ibi mentio.Et
tenetur ecclesia exequi , quod in lege humana
continetur.per capit.ideò.xxv. dist.secundum
eum.pro quo facit gl.in ca.fin.in ver. collyrio.
xxix.di.¶ Confirmantur ista à fortiori ex not.
per beatum Thom.ij.ij.q.xcvj.quem sequitur
summa Pisana.in verbo lex.§. vtrum leges hu-
manæ , dũ dixit ꝙ leges humanæ si iustæ sunt,
habẽt vim obligationis in foro cõscientiæ à le
ge æterna,à qua deriuãtur:secũdũ illud Prou.
viij.Per me Reges regnãt , & legũ conditores
39 iusta decernunt.¶ † Et dicuntur iustæ, tribus
modis,secũdũ Th.Primò ex fine. scilicet quan
do ordinãtur ad bonum cõmune. Secundò ex
authoritate,quando.s.lex lata non excedit po-
testatem ferentis.Tertiò ex forma, quando sci
licet secundum æqualitatem proportionis im
ponunt subditis onera ad bonum commune.
& secundum hoc leges huiusmodi onera im-
ponentes iustæ sunt , & obligant in foro con-
40 scientiæ:secundũ ipsum , cum concord.† Et ꝙ
tales leges ligent in foro conscientiæ , tenent a
multi,quos allegaui in.c.j.§.eo.in.vj.fal.per to
tũ:sed maxime in. c. fi.vbi vide. Et ex ibi dictis
restringẽdo illam fallentiam allegari potest do
ctrina ad cognoscendum , quãdo lex ciuilis nõ
militat in foro conscientię:sed specialiter vide
xviij. casus enumeratos in dicta summa loco
præallegato. versi. sed nunquid inter leges. Et
his,quæ dixi in.d.c.j. adde omnino Imo.in re-
peti.ca.cùm contingat.xvj.char. ver.& sic per
prædicta videtur.de iureiuran.vbi concludit,
quòd contraueniens legi seculari , vel statuto,
non peccat mortaliter : nisi disponat materia
aliàs damnata à lege diuina,vel canonica : quia
poteſt,quod ſcribit do.Abb.in.c.veniens.in.ij.col. de cõuer.con-
iu.vbi contra gl.& ſequaces ibi concludit, quòd licet maritus mu
lieris adulteræ ingrediatur religionem,& contra vxorẽ excipien-
tẽ de adulterio mariti,ipſe replicet de ingreſſu religionis : hoc nõ
iuuat eũ,quominus debeant adulteria cõpenſari:quia ante ingreſ-
ſum erat quæſitum ius mulieri ex adulterio mariti. & ideò per in-
greſſum non tollitur,vt ibi per eũ.¶ Ad idẽ quod ſcribit Do.poſt
Ioan.de lig.& Imo.in.c.deteſtanda.in.ij.col.cũ tribus ſeq.maximè
ad fi.in ver.iſtud dictũ Io.de Imo.de cõceſ.præbẽ. in.vj. vbi dicit,
quòd Ille tex.irritans prouiſiones beneficiorum faciendas,nõ irri
tat factas nondũ executas : quia conſtitutio noua non includit a-
ctũ de præterito habentem executionem de futuro.alleg.iſtũ tex
tum.in.d.c.ſtatuimus.¶ Nec ob.tex.ibi in verbo,*iuribus vacamus.*
& in verſi.*nulllum deinceps obligari*.quia intelligiť reſpectu promiſ-
ſionum futurarũ,nõ reſpectu præteritarum. Et per multas ratio-
nes Io.mo.relatas ibi per Do. oſtendi poſſet in propoſito, ꝙ pro-
miſsio facta per recipientes dotẽ de reſtituendo eã in caſu ſo. ma.
non debet vitiari ex ſuperuenientia ſtatuti, licet effectus promiſ-
ſionis ſequi habeat ſtatutum:quia iam obligatio nata eſt:vt ibi per
eos.¶ Pro quibus facit quod no.gl.in.Cle.dudum.de ſepul.de qua
.j.dicetur.Ad idem facit in ſimili text.in.c. fi.de conuer.coniu.vbi
ius quæſitum mulieri nõdum in ſe productum tollitur ex ſuper-
uenientia mutationis, quę anteà potuiſſet illud ius impedire.Ad
idem.l.ij.ff.de manumiſ. vbi manumiſsio ſerui legati facta per hæ
redem deliberante legatario non reuocatur : licet mox legatarius
repudiet legatum.Ad idem l.generali.in fi.ff.de ritu nup. ibi,quę-
ſita liberis dignitas,propter crimen partis auferenda non eſt.& fa
cit.l.ij.ff.de iti. actuq; priua.cum multis ibi alleg.per glo.in verſi.
tranſactum.& per gl.in clauſula,factum legitimè.lib.vj.¶ Eſt ve-
rum,quòd Pe.de Anc.ſequitur do.opi.Bar.conſi.mihi.cxviij.in-
ci.viſis & & diligenter ruminatis.in fi.Et ex ipſa couſuluit , quòd
ſi pater inueſtitus eſt de emphyteuſi pro filijs maſculis & fœmi-
nis,poſteà per ſtatutum fœminę inhabilitentur ab emphiteuſi:cer
tè excludetur mortuo patre:quia effectus rei ante ſtatutum incho
atæ efficitur poſt ſtatutũ.¶ Sed nihilominus puto opi.Io.de Imo.
hîc ſuſtẽtabiliorẽ per prædicta:maximè propter dictũ Inn.in.d.c.
ſtatuimus.Propter qđ de iſta deci.do.Pet.rputo ſatis poſſe dubi-
tari:attento, ꝙ ius quæſitũ dictis filiabus eſt firmũ viuente patre:
vt per Bar.in.l.vt iuriſiurãdi.§.ſi liberi. ff.de ope.lib.cum concor.
vbi autẽ ius nõ eſſet firmũ in alia materia,haberẽt firmũ locũ quę
dicẽtur in.d.quinta fallẽtia.Et hinc eſt, ꝙ Inn.in.c. ſtatuimus.& I-
mo.hic ſecus dicũt in materia illius.c.in recepta authoritate.c.tm̃
ante illã Decr.q nõ habet ius ita firmũ:per not.in.c.inter cætera.
de præbẽ.¶ Sed ad intellectũ huius amplatiõis aduerte in eo , qđ
in prin.dixit de teſtamẽto facto ante legẽ nouã,& mortuo teſtato
re poſt ipſam:qa illud demũ,qñ teſtator ſuperueniẽs poſt legẽ no
uã nõ habuit facultatẽ mutãdi teſtm̃ tempore ſuę egritudinis:ſed
ſi mors nõ fuit repẽtina: imò tpe ſuę egritud.habuit poteſtatẽ mu
tãdi teſtm̃,& vtẽdi ſolẽnnitate legis nouę:& nõ mutauit teſtm̃,nõ
tenet;ita ſing,dicit Ang.in auſ.vt factæ nouę cõſtõnes.§.j.motus ꝑ
illũ text. à cõtrario ſenſu. ¶ Et qa volũtas eſt ãbulatoria vſque ad
mortem

e mortẽ[a].l.qđ ꝑ man⁹. ff.de iure codi. ſed inſpecto tẽpore
mortis illud teſtamentũ dicitur factũ poſt ſtatutũ.ergo
&c. Et idẽ ſentit Ang.in.d.auſ.vt cũ de ap.cog.qđ repu
to bene notãdũ ꝓ ſolẽni limitatiõe.d.l.iubem⁹. C.de te-
ſti.vbi nõ repio aliquẽ de hoc mẽtionẽ facientẽ: reliqua
quo ad iſtã ampliationẽ ꝓſequere ex dicẽdis.j.in. v.fallẽ-
tia.¶ Modò reſtringiť regula huius Decr.ad.x.fallẽtias:
& ſic vltimũ cõmentũ huius tituli correſpondebit ſtilo
2 primi.Nã primò fallit † in caſu claro,quẽ text.ponit:vi-
delicet vbi lex noua diſpõit nominatim de ꝑteritis.& ita
fit in Cle.ij.in fi.de iudi. cũ ſi. ¶ Hãc fallẽtiam limita ſex
modis.¶ Primò,vt nõ habeat locũ in negotijs iã deciſis
ſecundũ oẽs hîc,& in locis primò allegatis;per text. in.l.
cauſas.C. de tranſac.& per verba generalia nõ præſumiť
legiſlatorẽ voluiſſe reuocare quæſtiones deciſas.ar.c.ex
multiplici.cũ gl.de deci.bonus tex.in propoſito cũ gl.in
verbo irritari.in.c.ex tua.de fi.preſby.Et ita etiam not.
Bar.in.l.fi.per illũ tex.C.ſentẽ. reſcin.nõ poſ.& gl. & ibi
no.do.Ab.in cle.dudũ.§.nos etenim.in verſ.pacta. de ſe-
pul.quæ ad propoſitum voluit ꝙ lex irritans pacta prę-
terita,nõ intelligitur de pactis ſuper quibus emanaſſet
ſentẽtia & cõfirmatio Apoſtolica. Et idẽ ſi ſolũ ſenten-
tia ſecundũ.d.Car.ibi in.vij.q.quẽ vide,& adde.d.Abb.
in.c.non debet.de cõſan.& affi.vbi dicit, ꝙ effectus cau
ſati per ſtatutum reuocatum nõ reuocatur.Et ideò ex-
cõicatus ex lege antiqua indiget abſolutione etiam poſt
legem reuocatam propter gl.ibi in verbo,libere. quod
vltimũ limitabitur paulòpoſt.& idem no.Do.in. c.j .in
iiij.col.de conſti.in.vj. ¶ Procedũt iſta quomodocũq;
præterita ſint deciſa ſecundũ Bart. in.l.j.§.fi. ff. ad Ter-
tul.& ibi refert ſe conſuluiſſe, ꝙ filia diuiſerat cũ fratri-
bus bona patrimonialia & ſtatutũ nouũ excludẽs fœmi
nas exprimat etiã præterita nõ extendetur ad illa bona
diuiſa,per text.ibi in authen.vt cũ de ap.cognoſcitur.in
princ.&.§.j.Et idẽ dicit Bart.in.d.l. oẽs populi.ſubdẽs,ſi
ſunt deciſa iuramento,vel trãſactione in.d.c. cauſas. de
tranſac.Et no.etiã Ange.in conſi.liij.inc.q.propoſita. in
vl.col.comprehenduñť tamẽ etiã deciſa in duobus caſi-
bus.Prim⁹ eſt vbi lex noua diceret, ꝙ omnia geſta prius
habeãtur pro infectis:quia etiam deciſa erũt annullata.
Ita eſt tex.cũ gl.in ver.pro infectis.in cle.j. de immu.ec.
quem ad propoſitũ põderat Pet.de Anch.in repe.c.j.in
xxxij.char.verſic.& licet iſta ſit communis doc.s̃.eo.in-
telligẽs.d.glo.in his,quæ ſtatuta ſunt ſimpliciter de iure
poſitiuo: qa ea reuocat Princeps,vt ex tunc:ſecus in his,
quæ ſunt iuris diuini,vel gẽtium:per notata in ſimili in
c.per venerabilẽ.ſuper glo.ij.qui filij ſint legi.Et ad iſtũ
caſum facit etiã text.in Cle.dudũ.§. nos etenim. & illam
gl.in.d. Cle.l.tanquã valde ſingu. Approbant ibi domi.
Car.Imo.& do.Ab.& Imo.poſt do.Card.in.c.cęterũ. in
vij.col.j.de reſcri.& do. Car.in Cle.j.ver.duro.in.ij.op.
de hære.& Pet.de Anch.conſi. mihi.cxxxvij.pro domi-
na Paula.ad fin.domi.Abb.in capitul. per venerabilem.
in.v.colum.& in.c.ſi aliquando.de ſentẽ.excom.& in.c.
quæ in eccleſiarum.in.j.no.s̃.eo.& Dom.poſt Io.And.
in.c.fin.in.ij.colum.de elec.in.vj.&.d.Abb.in.c.non de-
bet.in fin.de conſan.& affi.& in.c.paſtoralis.§. verum.in
iiij.col.de ap.& Do.in.d.c.in.iiij.col.de conſti.in.vj.in-
ferentes, ꝙ excommunicatus vigore legis antiquæ non
indiget iſto caſu abſolutione.& illã gl.facit ſing.Cald.in
ti.de reſcri.cõſi.xij.inc.an ſi opponitur.dicẽs per ipſam,
quòd impedimenta inducta à iure poſitiuo,nedum poſ
ſunt per Papam ſola voluntate tolli:ſed effectus eorum
præteritus iam põt ex ſuo reſcripto haberi ꝓ nõ facto.
Sed iſtis adde.d.Car.in.c.ad petitionẽ.de accu. vbi limi-
tauit.d.glo.vt non procedat reſpectu iuris quæſiti ter-
tio vigore primæ conſtitutionis,vel cõmiſsionis:quia ſi
decernit eã haberi pro infecta intelligitur ſaluo iure al-
teri quæſito: vt occurrit in cõtingẽtia facti, de qua ibi ꝑ
eũ.& ſeqtur ibi Io.de Ana.in.vij.col.¶ Sed cõtrariũ de-
cidit.d.Car. met quẽ ipſe nõ allegat in.c. quia diligentia.
de elect. dicẽs ꝙ ſi Princeps reſtituit bannitos cum clau-
ſula : nõ ob.quacũq;.q.præcedente, quã vult haberi pro
nõ facta:recuperabũt bãniti etiã bona alienata ꝑ fiſcũ &
alijs empta.& ſeqtur ibi Imo.ad fi.dicẽs tamẽ quòd for-
tè emptores habebũt regreſſum aduerſus fiſcũ:vt ibi per
eũ.Et pro hoc vltimo dicto Car. etiã in præiudiciũ ter-
tij irritet præterita:vide.d.Abb.cõſ.xxxiiij. inci.illud in
ſumma de iure quæritur.in.iiij.col. ver.nõ ob. ꝙ medio
tẽpore. Nihilominus æqua & ſuſtentabilis eſt.j.opinio.
Ad id quod dicit.d.Car.in.d.c.quia diligẽtia.põt reſpon
deri vt iã eſt dictũ ſecundũ Imo. per quã reſpõſionẽ ceſ-
ſat præiudiciũ tertij. Ad illud autẽ qđ dicit.d. Abb.in.c.
cõſi.dicit poteſt, ꝙ loquitur in iure exiſtẽti in ſpe,nõ au-
tẽ firmiter quęſito:& maximè ex cauſa oneroſa. Et ad ſic
tenẽdũ ſeruienti,quæ dicẽtur in ſequẽti caſu, ea quæ di-
cta fuerunt plenè poſt alios in.d.c.quę in eccleſiarũ.oſtẽ
dendo, ꝙ princeps nõ præſumitur velle tollere ius quæ-
ſitũ quarto, niſi appareat cum habita notitia de tali iure
vti verbis & clauſulis denotãtibus eũ moueri ex plenitu
dine poteſtatis:imò, ꝙ etiã cun cauſa non poteſt tollere
ius tertij:niſi ei aliter ſatisfaciat , vt ibi dictũ fuit in ver.
modò aduertendũ.poteritis tamen cogitare.de hoc quo
ad primũ caſum reſtringentẽ hanc limitationem primæ
fallentiæ. ¶ Secũdus caſus , in quo cõprehẽdũtur deciſa
facta mẽtione præteritorũ eſt, quãdo conditor legis no
uæ expreſsè diceret , ꝙ trahi deberet ad præterita etiam
deciſa:quia tunc trahetur:vt eſt gl.repu.ſing.in.d.l.cau-
ſas.C.de trãſac.in gl. fi.in fi. quã intellige in cõſtitutione
hoc dictãte.ſecus in reſcripto, per quod non poteſt tolli
ius tertij,ſecundũ Bar.in.l.fi.C.ſi cõtra ius , vel vti.pub.
ſed tamen inter reſcriptũ & ſtatutũ difficilè reddetur in
hoc differẽtia.& ideo vtroq; caſu requiritur ratio ratio-
nabilis abſorbens ius alterius : & valebit:vt hîc latè per
do.Abb.cui aliud nõ addo: quia pendet hoc totũ ab his,
quæ ſatis accumulatè dicta ſunt in.d.ca. quæ in eccleſia-
rum.videlicet de poteſtate Principis tollendo ius tertij.
Et ideo proſequere & declara multipliciter ex ibi dictis
& in terminis pro iſto caſu vide Pet. de Anch.in.d.c.ca-
nonũ.in.xxxij.char.ver.ex cauſa etiã.vbi idem tenet , di-
cens ita fuiſſe ſeruatũ in patrimonio dicti Petri.Nam cũ
propter terrarum calamitates annis.xxx.elapſis oportuiſ
ſet homines illius patrię vendere poſſeſsiones pro modi
co cauſa redimendi ſe à captiuitate:fuit facta lex , ꝙ reſti
tuto emptoribus pretio, omnes contractus haberentur
pro infectis.ad hoc adducit alia , de quibus per eum. Li-
mita ſecundò hanc primam fallentiã,vt non procedat in
præteritis,in quibus licet non ſit lata ſentẽtia, eſt tamen
cõcluſum in cã:quia illa nõ extẽdiť , etiã ſi dicat expreſsè
de ꝑteritis.Ita dixit.d.Car.hîc,per tex.in auth.vt cum de
ap.cognoſciť.in prin.ſed cõtrariũ tenet hîc Imo.dicẽs, ꝙ
ille tex. requirit duo copulatiuè: videlicet cõcluſum eſſe
in cauſa : & relationẽ factã ſuperiori.vnde ſola cõcluſio
non ſufficit ſecundũ eum dicentẽ Cõpo.hîc idẽ tenuiſſe.
cõſiderabã, ꝙ pro opi.d.l. Car. primò multũ facit vulga
tũ dictũ Io.mo.in.c.ij.de reſti.in integ.in.vj.vbi dixit, ꝙ
paria ſunt eſſe iudicatũ, vel eſſe cõcluſum in cauſa. & ſe-
quitur Bal.in.l.error.iiij.colũ.C.de.iur.& fac.igno.& in
l.incerti.C.de interdi.& eſt bonus tex.in.c.auditis.de ꝓ-
cu.& in.c.paſtoralis.de cauſa poſſ. & in.c. cũ dilectus.de
fi.inſtr. cũ cõcor.quas aliâs ibi reduxit enumerãdo circa
xxij.caſus,in qbus tantũ operatur cõcluſio in cauſa, quã-
tũ ſentẽtia.¶ Secũdò cõſydera, ꝙ ratio fallẽtiæ præcedẽ
tis ſatis videtur limitare in caſu iſto:videlicet ne fiat prę-
iudiciũ ei , cui per deciſionẽ eſt quæſitũ ius & lis ſopita.
d.l.cãs.Si em̃ ꝑtes renũtiãt productioni iuriũ:& ſic cõclu
dũt in cauſá , videť quodãmodo paciſci & tranſigere. Et
ita iudiceť prout probatũ eſt nolle alio iure vti.& ſic ille

a V[illegible] ad mortem. Ad qđ adde bonum tex.in.l.j. C. de ſacroſan.ecc.& in.l.quòd ſi iterũ. de adi.leg. & inſt. eo.tit.& in.l. cum hîc ſtat⁹.§.j.ff. de do.inter virum & vxo.& per glo.in l.ſi quis emphi.de lega. iij. & ꝑ Spe. in tit.de arbi.§.ſe. quiť de quibuſdã.in pe. char.ver ſicu. ſed nunquid verbum.

cui noceret lex noua videretur reduci ad instaurationē rei, quasi virtualiter vltimæ. ¶ Tertiò considera, quòd relatio iudicis non videtur aliquid operari quo ad effectum cognoscendi: an lis dicatur decisa, vel non: quia expectatur adhuc sententia post ipsam, & nō aliud: sicut sine ipsa. Et ideo, qui vellet tenere op. d. Card. posset dicere, quòd in. d. auth. copula resoluitur in disiunctiuam ex quo ponitur inter ea, quæ videntur importare idē quo ad propositum. ar. c. monasteria. in fi. de vita & hone. cleri. & c. ij. de rescr. cum simi. Nihilominus in practica seruaretur, vt puto opi. Imo. quā indubitāter crederē verā in illis casib. in qbus pōt post cōclusionē in causa adhuc fieri probatio. Nā sicut ius partis, quę vult reprobare nō est tunc in totū sigillatū: & cessant prædictę cōsyderationes: Ita etiam nec erit ei præclusa via vtēdi lege noua disponēte de præteritis. Qui autē sint illi casus, posui aliās in. d. cum dilectus. enumerando. xiiij. ex dictis Domin. ibi, & alibi, & super istis tanquā per Dom, non enucleatis, cogita. ¶ Limita tertiò hanc primā fallentiā: vt non procedat in negotijs pendētibus per viam appellationis, quia licet lex noua comprehēdat illa præterita nominatim, tamen nō comprehendit illa in quibus iudicatū est: licet pendeāt corā iudice appellationis. Ita tex. in. d. aut. vt cū de ap. co. in prin. quia iudex appellationis succedit loco primi: & ideò tenetur iudicare secūdū ius cōe, qđ vigebat in prima instantia. Et ideò nō omnes hi, & in locis in prin. allegatis. & gl. in. c. licet canō, in ver. decætero. de elect. in. vj. & glo. fi. in l. sancimus. C. de sacrosan. eccle. & Pau. de Cast. consil. lxxxvij. in causa Fortij. ad fi. & Angel. in aut. in medio litis sacras iussiones nō fieri §. super hoc. dicēs illū tex. esse diligenter not. q licet lex expresse prouideat de causis pendētibus & futuris: nō tamē habebit locum in causis, quæ pendēt per viam appellationis; ita quòd sententia erat lata; vbi autem lex expresse nomināt pendentiā per appellationem: tunc res est clara, sicut sit in. d. Cle. ij. de jud. in fi. & in alijs iuribus ibi allegatis in gl. fi. ¶ Intellige hanc limitationem in spectantibus ad decisionem & merita causæ: quia in illis iudex appellationis debet seruare iudexea, q̄ debet seruare causę principalis: vt est dictū. Et no. Inn. in rub. de cōsue. & gl. & Arc. & Do. in. c. illud. xij. di. Sed in his, quæ cōcernunt ordinē procedēdi, nō procedit hæc limitatio: quia in illis debet sequi tribunal ipsius iudicis & nō iudicis causæ principalis. Ita colligitur ex glo. in. d. c. licet canon. no. post Inno. & do. Abb. in d. rub. de consue. in. ij. col. ver. quartò tractat. & est gl. in terminis in. d. Cle. ij. in gl. fi. in fi. de iudi. Nam in concernentibus ordinē iudicij, semper attenditur locus, vbi causa agit. l. iij. in fi. ff. de testi. & not. in l. j. C. de de eman. lib. & per do. Ant. & dom. Abb. in. c. quod clericis. de fo. cōpe. cū si. Quinimo lex noua etiā nihil dicēs de ꝓteritis, ad ꝓterita pendētia & ịchoata quatū est respectu ordinatoriorū iudicij: vt dicetur j. in. iiij. fallentia. licet aliās pendentia regulariter nō extendatur: vt ibi dicetur. Et hęc procedūt, vbi lex emanat motu proprio Principis: si autē ad instantiā partis, secus: vt paulò post dicetur. ¶ Item intellige hanc limitationem, vbi constitutio est omnino noua, sed si est declaratoria, trahitur ad causas pendentes per oppositionem: licet non ad decisas: vt hic expresse per Imol. post Vincent. in. iij. col. de quibus fit mētio j. iij. limi. secundæ fallētiæ. ¶ Limita quartò hanc primā fallentiam, vt non procedat in negotijs præteritis, quæ pendēt in prima instātia, secundum Bart. o. in. d. l. omnes populi. per text. cum rubro. in auth. in medio litis sacras iusio. non fieri. sed istud no potest limitari secundum domin. Abb. hic quando lex emanat ad instantiam partis lit. pend. Secus si motu proprio Principis: & exprimet, quòd vult ad præterita trahi secundum eum, quem intelligo in lege cōcernēte decisionem litis. Si enim cōcernit ordinaria iudicij, omnino trahitur, etiam si de præteritis nihil dicatur: vt j. dicetur in iiij. fallentia. & ita puto sensisse domin. Abb. & cum ipso cōcor. hic Imo. pulchrē in. viij. col. ver. sed aduerte: quia compo. ¶ Consydera ad id, quod scribit Bal. post. Bart. in. l. sancimus. C. de sacrosan. eccles. vbi dicit, quòd statutum non trahitur ad pendentia in deciſorijs, etiam si faciat mentionē de pendentibus. per. d. authē. in medio litis &c. secus in lege communi: per text. in. d. l. sancimus. ex quo videtur restringi opi. do. Abb. & Imo. hic: sed tamen ipse Imo. non admittit hanc differentiā inter legem & statutū in proposito: qa statutū habet vim legis, [a] in lo cō suo. l. omnes populi. de iusti. & iur. Et statutū factum motu proprio trahitur, sicut ipsa lex secundum eum. & fortè melius. Et pro istis facit gloss. in. l. qui autem. ff. si quis cau. per quam not. ibi Bald. quòd pars potest vti litis priuilegio Principis emanante motu proprio. & notat Bar. in. j. circa mę. versi. sed quid si esset lata. ff. de pœ. & per Bar. & Bald. in. l. ij. C. vt lit. pen. ¶ Modò aduerte: quia non improbabiliter posset quis sustinere indistinctè hanc limi. quòd lex, vel statutum faciens mentionem de præteritis non extendatur ad pendentia, in iudicio se quendo Bar. in. d. l. omnes. & dico in concernentibus decisionem litis. Namde præparatorijs est clara, vt j. in. iiij. fallentia. Et hic per text. in. d. auth. in medio litis. qui loquitur de omni constitutione secundum Bar. Non obst. quæ de motu proprio dicta sunt: quia dupliciter responderi potest. Primò, quòd de nutura legis, vel statuti, non est vt fiat ad partiū postulationē: sed semper fiunt motu statuentium pro communi vtilitate. c. erit autē. iiij. di. ¶ Secundò responderi potest, & melius, posito quòd fieret motu proprio, nō tamē propter hoc sequitur, quòd pars litigans debeat pati ꝓiudiciū ex lege noua, etiā si dicat de præteritis: ex quo nihil dicit de his, q̄ deducta sunt in iudicio. ¶ Et ad hoc adduco, qđ not. Ho. d. Ant. Imo. & d. Abb. in. c. causam, lo. ij. de testa. vbi solenniter decidunt, quòd priuilegium concessum pendēte lite etiā motu proprio superioris, non nocet parti aduersæ: vt latè no. Ioan. And. in ti. de dolo & cōtu. §. fi. ver. porro. in addi. de hoc interesse: quia princeps non videtur velle tertio præiudicare, etiam si quid faciat motu proprio. Pro qua ratione est gl. in Cle. Romanus. in ver. validā. de prēben. cum cōcor. multis, quas aliās dedi in. c. causam. Nec ob. tex. cū gl. in. d. l. q autē. Per quē se mouet Bal. in. d. l. j. de pœ. qa ibi priuilegiū cōcessum erat ꝓpter publicā vtilitatē, secundū Io. And. in addi. & alijs modis etiā respondetur: vt ibi per eū. Nihilominus hāc impugnationē nō ponerē omnino pro constāti. Primò, quia priuilegiū est ad vtilitatē priuati. iij. di. priuilegia. & magis restringit. c. porro. de priui. c. ex multiplici. de deci. qa nō debet nocere, l. ij. §. meritò. ff. ne quid in lo. pub. & ideò non restē infertur de priuilegio ad legem communē, vel municipalem: quæ pro omnium vtilitate emanat. d. c. erit autē. vn de si lex nominatim trahit ad se præterita, includit pendētia in iudicio, in quibus non videtur posse dari ratio, quare non debeant ita includi, sicut alia præterita non deducta in iudicio, ex quo iudicium omnino pendet, id est non est inclusum, vel iuratum: dummodò talis lex nō emanet ad partis postulationē: vt omnes fatentur. ¶ Secundò pro opi. domin. Abb. & Imol. hic multum facit: quia in. ij. & in. iij. limitatiōe huius primæ fallentię presupponitur pro firmo, secundum omnes doct. in eis alle. quòd si non est conclusum in causa, vel si non est iudicatū lege noua, nominatis præteritis, trahit ad causas pendentes. Modò si diceremus, quòd nō trahatur ad pendentes, in quibus non est cōclusum, *vel* iudicatum, frustra poneretur aliquid speciale in illis casibus: sed solùm generaliter deberet dici quòd ad pendentia non trahitur: quia includerentur etiā illæ duæ limitationes. Hoc autē esset contra expressam intētionem omniū doct. & ideo transi

[a] ¶ Vim leg. Adde text. in. l, cunctos populos. de sum. ma Tri. & in. l. cōstitutionibus. ff. ad municip. & in §. j. eo. ti. lib. vj.

transire possumus cū opi. do. Ab. & Imo. Non tamen sine aliquali scrupulo, per prædicta, ad quæ ipsi nō aduertunt. De alijs autē extra iudicialiter pendentibus dictū est aliquid in tertia ampliatione: & latius dicetur j. in. v. fallētia. ¶ Limita. v. hāc. j. fallentiā, nisi præterita essent diurnitate tēporis cōprobata: quia lex noua annullando præterita non porrigitur ad talia. Ita decidit Angel. consi. liij. inc. in. q. proposita. in vlt. col. alle. text. in. l. qua in prouincia. §. diuus Marcus. ibi, mouetur tēporis diuturnitatē. ff. de ritu nup. & in §. alienationes. in auf. de nō alie. dum dicit tanta documētа lōgo tēpore facta cōmouere, multæ essent tergiuersationes. & in §. hæc igitur oīa. in auth. de Arm. dum dicit antiquiora perscrutari, & superiora tēpora ascēdere magis esset cōfundere, quā legē facere. & huic dicto dicit Ang. cōsonæ regulam iuris, q̄ in nouis constituendis euidēs debet esse vtilitas: vt recedatur ab eo, quod diu æquū visum est. l. ij. ff. de cōsti. prin. ¶ Et ista limitatio est æquitati cōsona, pro qua adduci posset. Nā sicut lex, quæ de sui natura concernit futura nō rūpit ea, quæ posteà vniuersali cōsuetudine introducūtur. l. nō recepta. vt in. *c. deniq;* §. hæc & si legibus. iiij. dist. & gl. in. c. j. de treu. & pac. cū cōcor. Ita in simili lex loquēs de præteritis nō videatur includere præterita diu obseruata. Sed in practica haberē pro difficili sustinere hāc limitationē tribus rationib⁹. ¶ Primò, qa iura allegata per Angel. non vrgent, vt in eis sit specialis mentio solū de futuris saluis ꝓteritis. ¶ Secūdò, quia ratio. c. ij. §. eo. videlicet, ne res quæ culpa caret. & c. est generalis ad omnia præterita demonstrās æquū esse: vt nō immutētur. & tū tex. hic vult, q̄ facta mētione præteritorū illa veniāt: sentiēs nō obstare tunc illam rationem. ¶ Tertiò, quia si præterita non sunt decisa, nō videtur agi de eorū præiudi. si autē per diuturnā cōsuetudinem sunt approbata, & effectui emācipata, illa nō rescindentur tanquā decisa: vt in prima limitatione huius fallentiæ. Et ideò pro sustētatione Ang. cui nō reperio contestē, neq; cōtradictorem, poteris cogitare. Et ꝓ ipso facit aliquid secūda limitatio sequentis fallētiæ: sed nō vrgenter: quia ibi nō fit mētio de præteritis: prout hic. ¶ Limita. vj. hāc primā fallentiā, nisi irritare præterita induceret iniquitatem, quæ dari nō posset: & per quā æquitas seruari nō posit: nec reg. iur. subijci. Nā tūc lex noua esset iniusta & iniqua, si ad talia præterita porrigeretur. Ita dixit Ang. in loco. s. proximè allegato. alleg. tex. in auth. hæc cōstitutio interpretatur. & c. §. j. & in authē. de trien. & se. §. sancimus. Et alia de quibus per eū. Et hęc limitatio est sustētabilis & æquissima, vbi ista occurrerent, sed vt dictū est in præcedenti limitatione ista iniquitas nō videtur posse aliter surgere, quàm ex decisione iam facta in præteritis: quo casu iam dictū est legem non trahi ad decisa. vbi autē pēderent, videretur standū huic tex. voléti indistinctè legē posse præteritā nominare. Et ad hāc cōsyderationē vide omnino Do. post oēs, maximè Io. de sancto Geor. in. c. deliberatione. §. volentes. de offi. lega. in. vj. dum declarant, quòd illa constitutio comprehendens præterita non comprehendit futura ex quorum irritatione resultaret rigorositas magna. & hæc omnia quo ad primam fallentiam regulæ huius Decreta. Quibus adde, quòd statutum trahens ad se præterita, debet restringi tanquam exorbitans à iure communi: per id, quod eleganter dixit Bartol. in. l. prætor. ij. §. erit itaque. in secunda colum. versicu. secundo casu. ff. vi bono. rap. dum dicit, quòd si aliquo statuto cauetur, q̄ habeat locū etiā in præteritis, cū hoc exorbitet à iure cōi: per istū tex. cū cōcor. non intelligitur repetitū in statutis seruentibus, licet aliās secus: vt ibi per eū. no.

4 ¶ Fallit secundò, quòd regula huius Decre. in† cōstitutione declaratoria iuris antiqui: vt trahatur ad ꝓterita, secundū omnes hic. & in locis primò allegatis per text. in auth. de filijs ante dot alia instrumenta natis. § j. Et no. gl. fi. in prin. in data. vj. libri. quia declarando nihil de nouo inducit. l. hæredes palām. ff. de testa. & potius ligat cōstitutio antiqua, quàm noua declaratoria, secundū d. Abb. hic. Et ideò dicit dicit Bald. in. l. nō dubiū. in ij. col. C. de le. quòd in plus se habet declaratio, quā constitutio: quia declaratio respicit præterita: sed constitutio futura tantùm. Et hanc fallentiam ponit etiā Fede. consi. cxij. inci. amice charissime. in. ij. col. & Do. post Imo. in. d. c. deliberatione. & d. Abb. post alios. in. c. fi. in fi. in xvj. col. de præscrip. dicens, quòd constitutio declaratoria iuris diuini cōprehendit ꝓterita. Et cum istis concor. do. Car. Io. de Ana. inc. c. cū Christus. de hære. & facit. c. cum in cūctis. §. hoc sanè. & ibi gl. de elect. & tex. in. c. ex antiquis. liij. dist. per quem dicit hic Vinc. quòd statuta & iura disponentia de libertate ecclesiastica, respiciunt præterita: quia quia nunquam licuit laico de his se intromittere. c. bene quidem. xcv. distinctione. & sequitur hic. Ioan. And. & Domi. in. c. ex antiquis. in retuli pro notabili in c. ecclesia. ad fi. s. eo. Et de hac fallentia est tex. quē reputo meliorem de iure in auth. de rap. mul. quæ rap. nu. in fin. ibi, tanquā si lex nostra ab initio cū tali interpretatione promulgata fuisset. Et amplia hanc fallentiam, etiam si lex declaratoria vteretur verbo apto ad condendā legē nouā: vt est gl. no. in. cle. j. in verbo, censemus. se concess. præb. ¶ Hanc fallentiā limita quatuor modis. Primo, [a] †nisi in lege declaratoria essent apposita verba per quæ appareret mentem authoris non fuisse comprehendere præterita. Exemplum patet in. c. fin. de sponsa duo. & in c. j. de postu. Præla. in. vj. in quibus est verbū decætero[a]. Facit etiam quod habetur in. c. aqua. de consecra. eccle. vel alta. in. c. vnico. ad fi. de cleri. non residen. in. vj. & in Clemen. j. in verbo decætero. de vsu. cum simi. secundū do. Ant. & Imo. hic dicentem hanc limitationem esse satis claram. Idem tenet Do. in. d. c. ex antiquis. per text. in c. suspectos. iij. q. v. in verbo temporibus futuris excludimus. & ibi etiam hoc notat Domi. ¶ Secundò limita hanc secundam fallentiam, nisi† constitutio antiqui iuris declaratoria reperiret communem obseruantiam in contrarium: quia tunc quo ad illa, & in his, quę iam perfecta sunt, videtur noui iuris editoria. & ideò non trahitur ad præteritum: vt not. glo. in cap. j. in verbo, decæterо. de postula. Præla. in. vj. per quem ita tenent domin. Anto. & Domin. hic, & domin. Anto. in. c. fi. in vlti. colum. de sponsa. duo. & Ioan. de Anania, post domin. Anto. in cap. cum tu. in. iiij. colum. de vsu. & Domin. in. d. cap. j. in penulti. colum. dicens ex illa glos. colligi vnam limitationem ad not. hic. & dicit esse finalem in ca. vnico. in verbo, receperint. de cler. non resi. in. vj. & ibi hoc etiam repetit Domin. ponderando illam glos. in vlti. colum. Facit quod not. Angel. in dicto consilio. liij. relato in. v. limitatione præcedentis fallentiæ in iuribus hic allegatis. & qđ no. Imo. in cle. statum. in. iij. col. ver. videte. de electio. & in Clemen. prima. in. xiiij. col. versi. clarius potestis dicere. de electio. post Bertran. ibi. ¶ Sed quia Imo. & domin. Abbas hic, licet diuersis vijs aduersantur aliqualiter huic dicto domi. Anto. ideò pro concordia ex dictis suis & aliorum alibi, distinguere oportet duos casus. ¶ Primus casus est, quando consuetudo præterita est dubia: quia ius contrarium erat multipliciter intelligibile. & tunc procedat hæc limitatio: secundum. d. Abba. hic quia ille probabilis error sustentabit gesta in præteritum. & ita intelligit gloss. in. d. cap. paulò post confirmabitur. Et si diceretur, vt dicit hic Imol. quòd licet ista sit iusta causa dandi solum legibus futuris: tamē si lex simpliciter loquit declarādo, cōprehēdit etiā hoc casu præterita. ¶ .d. c. j. ver. decætero. à cōtrario sensū & hoc motiuum tetigit Ab. in. c. fi. post prin. ver. in contrariū posset adduci. de spon. duo. ¶ Respōderi potest, quòd illud

[a] ¶ Decęтero. de hoc verbo decætero. vide Card. in Cle. in plerisq;. xv. q. de elect. & in Cle mē. j. xvij. quæst. eo. tit.

verbum sit positum ad maiorẽ expressionem: & per hoc non colligitur argumentũ à contrario sensu: quia resultaret absurdum propter alia iura videlicet propter l. Barbarius. ff. de officio prætoris. cum materia. Et quia injiceretur laqueus ei, qui nõ peccauit cõtra. l, iubemus. C. de testam. ibi: quid enim peccauit antiquitas. & contra iura allegata in dicta quinta limitatione præcedentis fallétiæ, per gl. in. d. verbo decætero. Et nõ est mirũ, quòd lex aliquando exprimat verba, quæ aliàs subintelligebãtur: quia vt dicit Ioan. And. ad multa in. c. nimis. lo. j. de excess. Prela. sæpe bis idẽ ponitur ad euitandã malitiosam & sophisticã interpretationem. vnde dicit dom. Car. in Cle. j. in prin. de pœnis. quia licet text. ibi dicat, quòd lineam masculinã non sequitur. quòd si hoc nõ fuisset dictum veniret linea fœminina: quia iam erat sancitũ. in c. vbicunq; de pœn. in. vj. sicut etiam dicit. d. Abb. in ca. venerabili. de offi. dele. quòd illud quod subintelligitur sæpe ponitur ad maiorẽ expressionẽ. Et ideò dicit Paul. de Ca. consi. xcix. in. ij. co. q; gl. iuris ciuilis appellant hãc inculcationẽ verborũ. & dicit. d. Car. in Cle. j. in prin. in ix. not. de priuile. quod sæpè vtimur locutionibus improprijs causa maioris expressionis: vt etiã concor. sunt ibi in gl. in verbo, vtamur. quinimo in proposito dicit d. Car. in. d. cle. j. de elect. in. xvij. q. quòd etiã si non esset verbũ, decætero, illa constitutio non traheretur ad præterita. Est verum, q; gl. in Cle. si vna. in ver, decernimus. de reb. ecc. non alien. sensit, q; declarata irrationabilitate primæ opi. videantur sublata etiã præterita, pro quibus vigebat cõsuetudo. Et ideò Do. hãc clarius, quàm. d. Anto. limitat hunc casum. nisi lex noua declaret irrationabilitatem præteritæ consuetudinis. sed dicas, vt subtiliter dicũt Pau. de Lea. & Zenze. in. d. cle, si vna, quos latè sequitur ibi. d. Car. in pe. col. & etiã Imo. in vlt. co. q; Papa ibi damnat effectũ consuetudinis, & ipsam consuetudinẽ de nouo inducendã: sed prius facta cassari non debent. quia pro præterita consuetudine erat probabile dubiũ propter opi. doct. quas in illa materia ipsi remouerãt, ex quibus rationabiliter excusantur prius gesta. Et ideò ex illis dictis docto. remanet ille casus confirmatus, imò ampliatus, etiam si lex declaret veterem consuetudinem, non fuisse rationabilem, quicquid dicat Dom. Et ad hoc etiam bene faciunt quę scribit. d. Car. in Cle. j. in prin. in xxvj. q. de re. eccle. non alie. & do. Abb. in. c, capellanus. in ij. co. de ferijs. & optimè facit, quod statim dicetur in. iij. limitatione huius fallentię. Dicas tamen, quòd non tenere tactus gestus ante legem declaratoriã vigore opinionis, vnius doct. pro qua non esset consuetudo in illo loco secundũ Imo, post. d. Anto. in. d. Cle. statutũ. in. ij. col. ver. do. Anto. putat, de elect. & ideò dicit ibi. d. Card. in ij. q. q; de acquisitis ex tali op. tenetur quis ad restitutionem: licet aliã pœnã nõ in currat: vt in quarta limitatione huius fallen. & secundum ista potest intelligi dictum Do. in. c. perpetuò. in. ij. col. verfi. no. istud dictũ. de censi. in. vj. vbi colligitur ex dicto Ioan. Andr, quòd si Papa per viam declarationis approbat vnam de opin, contrarijs, illa declaratio trahitur ad præterita. ¶ Secundus est quando consuetudo præterita non reputabitur rationabilis à viris doctis. & tunc ista limitatio nõ procedit. Sed imò constitutio declarans trahetur ad præterita: & non sustentabuntur virtute talis consuetudinis, secundum dom. Abb. hîc. Pro quo vide text. opti. in cap. inter dilectos. in ver. excusatio. de excessi. Præla. & text. in c. aqua, de consc. eccl. vel alta. per quem colligit domi. Abb. ibi, quòd gesta virtute talis consuetudinis sunt nulla: nisi de misericordia tollerentur: prout fit ibi. & in c. iiij. versic, decætero. & in. c. cum venerabilis. in ver. corruptela. & in verbo decætero. de consuetudine. & in cap. fi. in verbo decætero. de sponsa. duo, & in cap. j. in ver. corruptelam. & in verbo decætero. de consue. in. vj. & in clemen, j. in verbo decætero. de elect. vbi iura in tali casu vtuntur ministerio verbis excludentibus præterirum tempus: & tunc res est clara. vt not. hîc Domin. fic restringens istum casum. Et ita reducas, quod scribit Domin. post Ioan. Andr. in cap. Abbates. in prima colum. versic. quæro, an Abb. de priui. in vj. & in. c. vnico. in. j. col. ver. Io. mo. soluit de biga. in. vj. & in. d. cap. ex antiquis. in. iij. colum. ver. & hæc limitatio. & ibi ponit modos cognoscendi verba, quæ excludunt præterita tempora: puta verbum decernimus, statuimus, vel per hanc nostram constitutionem alleg. glos. in d. cap. j. de cler. non resi. in vj. Et idem in verbo decætero, deinceps, [a] in posterum, [b] & similibus: quibus appositis. l. nullo casu trahitur ad præterita secundũ eũ. & hæc quo ad secundã limitationem ad hanc fallentiã secundã. ¶ Tertiò limita † hanc secundam fallentiam: nisi secundum opi. doct. præcedentem lata fuisset aliqua sententia. quia licet constitutio noua declaret errorem illius opin. tamen sententia non reuocabitur, secundum Vincen. hîc latè, quem sequuntur Ioann. Andr. dom. Anto. Imol. & hîc, & Domin. in cap. ex antiquis. in. iij. colum. Mouentur per. l. Barbarius. ff. de offi. Præto. & per not. per Inno. in cap. nihil. de elect. Et quia iudex debet indicare secundum leges scriptas & non scriptas: in auth. de leno. §. omnes. columna. in vj. Et ideo satis videtur, quòd iudex iudicet secundum intellectum, qui tunc seruabatur. Facit quod no. Domin. in capit. humanum genus. in. iij. columna. j. vbi dicit, quòd non imputatur ei, qui tenuit opin. probabilem: licet superuenerit lex illam declarans & reprobans. Facit quod not. Inno. in cap. per tuas. de fi. cum concor. ¶ Excipiuntur ab ista limitatione tres casus. ¶ Primus est, quando à sententia esset appellatum: quia si pendente appellatione superueniat lex declaratoria, illa sequenda est: secundum Vincent. & prædictos hîc. per capit. cum causa. de re iudi. vbi iudex app. reuocat primam sententiam, quæ erat fundata in consuetudine. & hoc dictum reputat hîc Imo. multum notabile ad limitationem eorum, quæ suprà dixi in. iij. limitatione primæ fallentiæ: in qua habitum fuit, quòd lex noua nominans præterita, non trahitur ad pendentia, per viam appellationis. Et ratio specialitatis est hîc: quia cum per declarationem appareat veritas, illam debet iudex imitari. cap. veritate. viij. distin. sed in alijs casibus debet sequi iura, quæ vigebant tempore primæ sententiæ per iura alleg. in. d. limitatione. ¶ Secundus est in sacramentalibus, in quibus sententia lata vigore opi. veteris nouiter reprobatæ est reuocanda. Ita concorditer dicunt omnes prædicti propter periculum animarũ. & alleg. cap. veniens. de presbyt. non bapti. & sequitur Domin. in. d, cap, ex multis. Tertius casus est in sententia lata pro matrimonio, quæ mero iure est inualida, docto de eius errore. Ita dicit solus Imola hîc, & contra omnes prædictos per. l. si adulterium cum incestu. §. idem Pollioni. ff. de adulte. vbi cum apparuerit matrimonium non posse subsistere, debent coniuges separari. Fatetur tamen, quòd est iusta causa dispensandi per Papam per tex. in. l. qua in prouincia. §. diuus Marcus. ff. de ritu nupt. vbi fuit dispensatum ex tali causa: & sic facit etiam ille textus secundum eum, quòd matrimonium non tenebat detecto errore. Nec obstat capit. fin. de sponsa. duo. imò potius facit pro: quia sanè intelligendo ibi interuenit tacita dispensatio Papæ, ex quo vsus est verbo, decætero. secundum Imol. hîc. ¶ Ista sua opin. vt dixi, est contra omnes prædictos volentes, quòd imò sententia super matrimonio lata non reuocetur, ex lege noua declaratoria. Et pro nunc cogitabam, an distingui posset hoc modo: quòd aut opinio in qua fundauit se sententia, erat probabilis doctorum, & approbata per consuetudinẽ: tunc procedat opinio cõmunis per ea q; dixi in secũda limitatiõe huius secũdæ fallẽtiæ. Et fa

cit. c.

a ¶ Deinceps, de hoc verbo deinceps, vide gl. in Cle, eos de reg.

b ¶ In posterũ. De hoc verbo, in posterum. vide gl. & Car. in Cle. j. xvij. q. de censibus.

cit. c. obijciuntur Iacob. xxxij. q. iiij. & ibi, quãdo mos erat crimẽ, non erat maximè: quia dolus tãtùm inficit coitũ. c. in lectũ. xxiiij. q. ij. Aut erat opi. non approbata à consuetudine manifestè erronea. & tunc procedat opi. Imo. quia ita erat in iuribus per eum al legatis, vbi fit mentio de coniunctis incestuosè in figura matrimonij. ¶ Quartò limita † hanc secundam fallentiam, nisi lex declaratoria imponat pœnam de nouo. quia respectu pœnæ non trahetur ad præterita: secundũ do. Ant. do. Abb. Imo. & Do. hic allegat quod no. Paul. in procc. Cle. in verbo, decætero. & text. cum glos. in Cle. j. ver decætero. de vsur. quam glo. not. ibi do. Abb. & eam facit fing. d. Car. ibi, in prin. in. ij. colum. Et not. etiam Imo. ibi. in vj. col. allegans pro ipso. c. dixit Sara. xxij. q. iiij. vbi dicitur, quòd pœna criminis ex tempore legis est. Et idem no. do. Abb. in. c. fin. de spon. duo. & Do. in. c. vnico. in vlti. col. de cle. non resi. in. vj. põderans gl. ibi, in verbo receperit ibi: item nec pœna. Idem not. do. Card. in. Cle. statutum. in. ij. q. de elec. & Do. in. c. quoniam. xlvij. dist. ponderãs illum text. in verbo post hanc diffinitionem. Ioã. de Ana. in. c. j. in. ij. col. ne Præla. vices suas. per illum textũ in verbo decætero. & in. c. cum Christus. post do. Car. ibi, de hære. & do. Ant. & Do. & Ana. in. c. significasti. in. iiij. col. de foro compet. & Dom. in. c. j. in prin. in. ij. col. quod me. cau. in. vj. & do. Abb. in. c. quoniã. de fi. dicentes hoc optimè probari ibi in ver. de his autem inducendo, vt per eos facit glo. in verbo, ex nunc. in cle. nolentes. in fin. de hære. Bene facit, quod not. Domi. §. leges. in. ij. colum. iiij. di. vbi dicit, quòd constitutio continens aliquid, quod est iuris diuini, si vltra disponit, regulatur in eo: vt lex positiua. ita ponderat. c. ij. de consti. in. vj. Ita etiam in proposito constitutio declaratoria addens aliquid, iudicatur vt ius nouum in eo, quod addit. Bene facit quod no. Io. And. in. c. disponenda. de rescript. in. vj. vbi dixit, quòd constitutio, quæ aliàs extenditur ex identitate rationis nũquam extenditur respectu pœnæ. & sequitur multum Do. ibi in. iiij. co. & Imo. &. And. in. c. fi. in. v. co. de rescrip. & do. Abb. in procc. Decretali. §. Gregorius. in. iiij. col. & domi. Anto. in. c. fin. in. xiij. colum. de consue. & idem no. Ioan. And. in. c. fi fortè. de elec. in. vj. & sequitur ibi Do. in. iij. col. facit fing. dictum Io. And. in. c. tibi, qui. de rescr. in. vj. & ibi per Do. ad fi. vbi dixit, quòd licet decretum Papæ afficiat ignorantes. ca. j. de concess. præben. in vj. non tamen respectu pœnæ. Facit quod notat dominus Abbas in ca. primo. in vlti. colum. de loca. vbi dicit, quòd in correlatiuis non fit extensio respectu pœnæ: licet aliàs sic: ibi per eum. De quo tamen videf aliter sensisse in dicto procemio. in. j. char. Bene facit quod latè scribit Dominicus post Ioan. And. in. c. ij. in pen. colũ. de consti. in. vj. vbi concludit, quòd statutum prohibens factum damnatum à iure, non ligat probabiliter ignorantem respectu pœnæ: licet omnino faciat actum prohibitum. de quo fuit dictũ in. c. ij. §. eod. Ad idem quod not. dom. Abb. post Ioann. Andr. in cap. significasti. in. vij. colum. de fo. compet. vbi dicit, quòd constitutio positiua fundata in iure diuino, ligat Papam, sed non respectu pœnæ. ¶ Non ob. huic limitationi text. in. c. cum tu. de vsur. ibi, siue antè siue pòst. & ibi per pœnã, quã statuimus. quia ibi statũ cõcernebat ordinatoria iudicij. quo casu nõ habet locũ regula huius tex. & dicef in. iiij. fallentia. nõ enim deciditur ibi, qualiter debeat decidi causa vsurarũ: sed qualiter vsurarius debeat cõpelli ad restitutionẽ vsurarũ. Et ideò illa cõstitutio meritò includit futurã restitutionẽ, secundũ do. Abb. hîc. & fuit de mẽte Inn. ibi, & latè ibi per Ana. in. iiij. col. Et ideò dicit Do. hîc, in. d. c. ex antiqs. in. v. col. q; ibi pœna imponitur nõ restituẽti vsuras, qđ erat de futuro. & sic nõ dabat formã prẽteritis, sed futuris quo ad pœnam. Et idẽ sentit Bal. in rub. C. de vsur. in. ij. col. Et ex ista responsione in foro ad id, quod no. do. Car. in Cle. statutũ. in. ij. q. de elect. vbi dicit, quòd emolumenta recepta ante illam Cle. subiacent restitutioni: quia illi non fecerant ea sua, licet quo ad incurrendũ pœnã illius Cle. sint excusati. Et sic expresse sentit, quòd q; malè aliquid percipit ante legẽ declaratoriã, tenetur restituere: & sic ad actũ de futuro. Bene facit vltra oẽs tex. optimus in ca. cũ singula. in verbo, circa eos ibi, alio qn. de prẽb. in. vj. vbi iniũgitur illis beneficiatis in prætritũ: vt dimittãt beneficia eo modo, quo ibi sub pœna nouiter introducta: quia actus dimittendi est de futuro, meritò includitur sub lege. & faciũt quæ j. dicẽtur in. v. fallẽtia. ¶ Excipit hîc solus Imo. vnum casum ab hac limitatione, videlicet vt intelligatur in pœna, quæ imponitur ipso iure. Sed si veniret imponẽda per iudicem, videtur quòd possit illam ponere pro facto præterito ante constitutionem, si non erat punitum. Et ita dicit se intelligere. c. cũ tu. de vsur. & mouetur per id, quod ipse dixit post Io. de lig. in. c. ij. in. vij. colum. s. eo. vbi dixit, quòd statutum puniens nouiter factum dãnatum à iure, ligat probabiliter ignorantem, respectu pœnæ, quando pœna non imponitur ipso iure: sed venit imponenda per iudicem, qui videtur eam iustè imponere attentanti factum dãnatum. ¶ Sed hoc dictum reprobat Io. de Ana. in. c. quoniam. in. ij. colum. de simo. dicens, quòd est contra illum text. vbi pœna imponenda per iudicem, non imponitur de his, quæ litẽ præcesserant. Pro hac impugnatione facit, quod indistinctè concluxum fuit in. d. capitul. ij. suprà eo. tenendo contra Ioann. de lig. quòd omnino pœna legis nouæ super facto dãnato, non extendatur ad ignorantes. Et istud consonat per rationes ibi adductas, quæ seruiunt in proposito, & ea, quæ latè dixi. s. corroborãdo hãc quartã limitationẽ. ¶ Fallit tertiò regula huius Decre. vbi † lex noua annullat actũ ex causa de præterito: secundum Bar. in. d. l. omnes populi. per. l. pe. in fi. C. de inceſt. nup. & sequuntur do. Ant. & Imo. hoc. Sed hoc limitat do. Ab. dummodò causa nullitatis sit de præterito, ita q; inferebat nullitatem ipso iure. Secus autem si actus tenebat, in odium inducitur de nouo cassatio: quia tunc non debet trahi ad præterita, attento q; annullatio actus super iure quæsito est pœna: vt ipse no. in. c. ij. s. e. cũ cõcor. ibi allegatis. & respectu pœnæ cõstitutio nũquã trahitur ad prætera: vt proximè dictũ est. ¶ Fallit quartò, vbi † lex noua concernit modũ ordinandi, seu præparandi causas: quia includit etiam pendẽtes: secundũ gl. in. d. l. licet ea nõ. in verbo, decætero. & glo. fi. in Cle. ij. de iud. & ibi Imo. in vl. col. & Bar. & Bal. in. l. ij. in fi. alle. in. l. fi. C. de iura. cal. per illũ tex. & Bart. in. d. l. omnes populi. & Bal. in ti. de pa. Constã. §. hoc quod nos. in. vj. col. versi. tertiò no. quod iudex. & d. Ant. Imo. & do. Abb. hîc. & est cõis opin. secundum Imo. hîc. Et ideò statutum disponens, q; debitor, de quo constat per instrumentum guarentigiatũ, debeat capi, extenditur ad debitorẽ & instrumentum confectũ ante statutum: quia non dat modũ decidendi causam, sed præparandi: secundum Barto. in. d. l. omnes. & do. Ab. hîc. Pro quibus vide Bald. in. c. fij. vt lite pen. & ibi dixit, q; statutum de causis compromittendis habet locũ etiã in litibus pendentibus: quia istud respicit magis ordinem procedendi: id est coram quo & qualiter procedatur, quàm decisionem causæ. Et vide Bal. in. d. l. Leges. in. ij. col. C. de legib. vbi dicit quòd si vnum officium habet duos iudices & adiungãtur eis tres, videbuntur adiuncti etiã in litibus pendentibus coram primis: quia statutum respicit formam processus. Nec obst. auf. in medio litis. &c. quia loquitur in lege emanãte ad decis. causæ. Et ita dicit se cõsuluisse Florentiæ de iudicibus fallitorum. & hanc fallentiam ponit etiam Bal. facta mentione de hoc consilio in. l. sancimus. in fi. C. de sacrosan. eccle. & idem consuluit in illo casu collegium Perusinum per multas rationes. Et est in consilijs Ange. consil. ccxj. incipiente, primum est videndum, vtrum dicti iudices. ¶ Hãc fallentiam limita, vt non procedat in processu iam facto: sed solùm in processu, qui restat: secundum Ange. in dicto consi. per dictam l. fin. C. de iura. cal. ibi, in primo post hãc legem ingressa. Et idem glo. in. d. c. licet canon. quam sequitur communis opin. secundum Imo. hîc. & sequitur. d. Abb. in. c. venerabili. in. ij. colũ. de iudi. Et potest esse ratio: quia istud esset ligare præterita perfecta, quod non est de intentione legis. vt est dictum in. iij. ampliatione. & nõ est mirum, q; causæ inchoatæ ex factis prætcritis ligentur lege noua: quia secundũ Imo. hîc processus fiendus est. quid futurum, merito comprehenditur. iuxta gl. in Cle. ij. de æta. & quali. & in Cle. j. de testa. de quibus fiet mentio in sequenti fallentia. Disputatiuè tamen teneri posset, q; ista. iiij. fallentia nunquã procederet se cundũ Imo. hîc in causa appellationis, per text. in auf. vt cũ de accog. in prin. vbi apertè dicitur secundũ eũ, q; talis causa, nedũ debet determinari secundũ legẽ antiquã: sed examinari secũdò generaliter etiã in causa principali. videtur idẽ per tex. cum suis cõcor. nisi lex noua loquẽs de ordinarijs expressè nominet lites pẽdentes: prout fit in dicta. l. ij. C. de iura. calũ. cum si. tamen communis

opi. est illa, de qua, ſ. ſecundū eū in ſuſpenſo remanentē. ¶ Sed aduertē primò, quia tex. in. d. auth. vt cum de app. cog. non dicit aliquid de examinatione, licet loquatur de examinatoribus in iudicibus. Et dicit, ꝙ debeant dare terminū negotio ſecundū veteres leges, quæ verba non important examinationē, ſed vltimationem quæ fit per ſententiā: vt de ſe patet. & ſic loquitur de deci. ¶ Secū dò aduerte, quia mirum eſt, ꝙ Imo. non attribuat hanc ſuā impugnationem: quia Ia. de bel. qui latè ita tenuit in. d. auth. vt cū de ap. volens, quòd conſtitutio deponens ſuper ordinatione iudicij, nō trahatur ad pendentia. Et inducit multa iura, in quibus fit mentio de cauſis pendentibus, per quæ apparet à contrario, quòd aliàs nō comprehendebātur. Et eius dicta refert Io. And. in. d. c. licet canō. dicens propter hoc nō eſſe recedendum à gl. ibi. Et quòd illa iura exprimunt pendentia: quia iuſtum & æquum eſt ſic fieri per iſtud non dare legem præteritis, imò actis futuris, ſecundum eum. Sed opi. Ia. de bel. & Imo. hîc ſaluari poſſent in actibus proceſſus futuri, qui veniunt per viam executionis ad actus præteritos: quia ſi lex diſponit ſuper iſto actu, & non ſuper executione, non trahetur ad excutionē: per text. hîc, & in. c. ſtatuimus. de ma. & obe. ſecundum Do. in. d. c. licet canon. Quando autem actus eſt partim de præterito, partim de futuro, dicendū eſt vt generaliter dicetur in ſequenti fallentia. Et ad rationē Imo. fundatā in iſto tex. iam reſponſum eſt, ꝙ iſtud eſt potius ligare futura, quàm præterita. Et li cet iura ſuper iſtis vtātur verbis ꝓteriti tēporis: per hoc nō debet argui à contrario. ſecus eſſet, ſi non vterentur. vt no. gl. fi. in fi. in d. Cle. ij. de iud. Pro qua facit, quod dixi. ſ. in ſecunda limitatione ſecundæ fallentiæ. v. er. & nō eſt mirū. Item, quia reſultaret ab ſuditas ad iſtū text. volentē, quòd lex concernat futura: & ipſe proceſſus futurus eſt reſpectu actuū futurorū: licet cauſa pendeat. vbi autem eſt iudicatū, vel facta relatio, ſecus eſt: per prædicta. Et iſtis adde quod no. Bart. in. l j. ff. de pœnis. vbi dixit, quòd per deciſionem cauſarū præteritarū licitè allegatur lex hodie abrogata, quæ
verbo cœlo albescẽte. i. in aurora, secundũ gl. ibi. ff. de libe. & posth. ¶ Sed aduerte: qa gl. prædictæ ꝑsupponũt, ꝙ cõstet de hora vtriusq; rescripti: ergo à cõtrario, si cõstet de hora vnius, & nõ alterius, non videt constare de prioritate. Et est ratio: qa ex quo habẽt datã eiusdẽ diei, potuit aliud rescriptũ esse ante, & etiã post illam horã. Tamen vidi consultum contrarium. Primò propter dictũ Bal. in. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex qui.

a ¶ Dictio plus. De hac dictiõe plus, vide omninoAle. in. l. cum furti. ad fi. cum cõcor. ibi per eum signatis, & in cõsi. suo. xc, iiij. parte.

a cau. maio, vbi dicit, quòd licet aliàs dictio plus, [a] nihil releuet in teste: vt ꝑ Bar. in. l. Celsus. ff. de vsuc. & per Do. in. c. fi. de dila. Tñ si interdicto vti possidetis testes sunt hincinde pares: sed testes vnius partis dicunt de eodem tẽpore, cũ dictione & plus: melius probãt. sequitur do. meus de Are. de testi. c. cum causa. j. col. Pro quo facit dictũ Sali. in. l. ij. xj. col. C. de rescin. vend. vbi dicit, ꝙ testis deponens in materia illius legis, per dictionẽ & plus: ꝓbat excessum dimidiæ. quia sufficit excessus etiã in vno nũmo. Et sequit Ale. in. l. & si post tres. iiij. col. ff. si quis cau. cõtra Bal. & Imo. in locis per eũ allegatis. ¶ Scd'ò al legabat in dicto cõsilio dictũ Io. de platæa in. l. j. de iure fis. lib. x. vbi dicit, ꝙ licet ibi præferat fiscus prætẽdens rẽ sibi obligatã aduersus aliũ, qui dicit sibi donatã: fi nõ apparet de prioritate: vt ibi secundũ vnã lec. Tamen non obstante tali priuilegio fisci, donatarius probat de certo: licet posset se habere ad prius & posterius: tamen præfertur donotarius: qui probat de tempore certo. Al legat Martinum in simili in. l. de rebus. C. de donationi. ante nup. facit quod no. ibi. Cyn. & Bald. dicentes, quòd probatio certi & determinati temporis obtinet cõtra il lũ, qui probat de tẽpore, quo potuit se habere ad prius & posterius. ¶ Sed dubito de istis. Quia in casu Bal. in. d. l. ab hostibus. propter dictionẽ & plus, constabat de vlteriori tempore, ex quo non apparet de hora alterius. ¶ Similiter quo ad casum docto. in. d. l. de rebus. potest dici, quòd qui in proposito probat solùm de die, satis dicitur facere probationem certam & liquidã: ex quo lex contẽtatur de illa, circa datam rescriptorũ. Et ideò probatio horæ facta ex aduerso, non obfuscat in aliquo hãc probationem: quia potuit illa hora fuisse posterior. ergo probatio non concludit: prout debet necessariò. de prob. cap. in præsentia. Item obstat decisio Rotæ statim alleganda, & ideò cogitabis.

Ad identitatem datę vltra doctrinas, quę ponũtur. in. d. c. pe. de rescri. in. vj. nota aliquas. Et priò, ꝙ vbi ad essentiã substãtialẽ actus aliqd debet esse prius altero: si vtrũq; reperit factũ eodẽ die, ꝓsumit in dubio præcessisse id, qd' præcedere debuit: puta, si apparet, ꝙ certa die collega notificauit collegis impedimentũ euitabile: & ipsi eadẽ die pronũtiauerũt: præsumit notificationẽ præcessisse. Sed vbi de substãtia actus, illud nõ debebat præcedere, tũc debet probari præcisè, ꝙ præcesserit, prout in casu dicti. c. fi à sede. ¶ Hãc theoricã expressè sentit Rota de presump. j. deci. in antiqoribꝰ, ꝓpter gl. pe. de sentẽ. exc. c. venerabi libus. in. vj. & in Cle. fi. in ver. creatũ. de rescr. quod facit ad proximè dictũ. Et hinc est, ꝙ si apparet fuisse vna die datã à legato Papę licẽtiã Abbati dandi fundũ in emphiteusim: eadẽ die fuerit datus: præsumitur, quòd licentia præcesserit: quia debuit præcedere, aliàs non valuisset actus, tanquã forma non seruata. Alex. consil. mihi secundum vnicum numerum. ccccxlv. lecto & discurso laborioso processu. v. col. allegat quod not. Bald. in. l. cum in testamento. §. hæc verba. ff. de hære. inst. dicentem per illum text. quòd in dubio ille actus præsumitur præcessisse, qui debebat esse præambulus ad alium. Dixit etiam Rota de excep. in secũda. in nouis. quæ melius stetisset in fit. de præsumpt. ꝙ si apparet fuisse appellatũ in vna hora, & eadẽ impetratã cõmissionem appellationis: præsumitur appellationem præcessisse: quia præcedere debet.

Dixit etiã Rota vt lit. pendẽ. xiij. c. in nouis. & Egi. Belle. decisi. ccxcix. ,superposita. ꝙ si eodẽ die cursor citauit & citatus impetrauit cõmissionẽ illius causæ, ꝓ qua fuit citatus: præsumit quòd impetratio præcesserit. & dixit de hoc. ꝯ. eo. c. super literis. ante fi. sextæ regulę. ¶ Et etiã alia doctrina: quòd si in literis fit mentio reuocationis: illæ semper præsumuntur posteriores. Bal. hîc allegat notata in. l. cùm proponas. C. de codicil. Sed caue, quia gl. j. ibi probat contrariũ: sed tamẽ reprobatur per Iac. de Aret. Pe. Cy. & alios ibi: quia codicillus in quo est facta ademptio legati, censetur posterior. Sicut enim in natura adẽptio est posterior, ita præsumitur: secundũ Bal. ibi. ¶ Et si diceretur, ꝙ in casu illius gl. nõ dixit adimo: sed, nõ lego. Respondet ibi Sali. quòd licet loquatur negatiuè: tñ apud intelligẽtes illa verba habent vim adẽptionis: aliàs forent ab insipiente prolata. Et ideo vtroq; casu procedit opinio doctorũ ibi, quam etiã sequitur Bal. in. c. ij. de offi. delega. dicẽs, quòd vbi in diuersis scripturis concurrit priuatio & habitus: priuatio semper præsumitur posterior. Et idem Bal. in procœmio. C. §. quibus. j. col. dicẽs, quòd si eodẽ die reperitur promissio & refutatio, præsumitur promissionẽ præcessisse. ¶ † Est etiã alia doctrina: Videlicet, vbi vnũ prius est scriptũ, quàm aliud. Bal. post Bar. in. d. §. quibus. dicens, quòd vbi eodem reperiũ tur plures rogationes, non præsumitur prius & posterius: nisi vnum fit prius descriptũ in vno libro. per text. ibi, in. l. fi quis. §. si initium. ff. de eden. & idem Bal. in. d. l. de rebus. Pro quo vide. c. pe. de elec. in. vj. ibi: is, q instrumento primò extitit nominatus. faciunt quæ dicentur de ordine literæ ꝯ. eo. c. cum dilecta. ¶ Limita, nisi ex ordine intellectus appareat instrumentũ secundo loco scriptum debuisse præcedere: quia præsumitur errore secũdo scriptũ: Bal. Ang. & Imo. in. d. l. cũ in testamẽto. §. j. de hæred. instit, dicentes, quòd instrumentũ emancipationis præsumitur præcessisse donationem factam à patre filio: quia aliàs nõ valeret. l. ij. C. de inoffi. dona. Et bene facit, qd' est dictũ. s. post Rotã. de præsump. deci. j. in antiquioribus. Et idẽ puto in casu priuationis & habitus: quòd priuatio præsumitur posterior, etiam si prius fuit scripta. ¶ Est etiã alia doctria. Puta, si agit de fauore priuati cõtra fiscũ. tex. est. in. l. nõ puto. in princ. ff. de iure fisci. Et ibi dicit Bar. ꝙ si fiscus opponat instrumentũ contra priuatum, & priuatus ostendat aliud eodem die confectũ: & nõ apparet de prioritate, instrumẽtum priuati, præsumitur prius. Et hoc pro mirabili extollit Matt. no. lxxvj. nota vnã regulã. & c. dicẽs, quòd licet fiscus habeat multa priuilegia, tamen in casu dubio magis fauetur priuato. Similiter Bal. in. l. dotis. C. de iure do. dicit, quòd si concurrit vnum instrumentũ pro fisco, aliud pro dote: & nõ apparet de prioritate, præsumit prioritas pro instrumento dotali. ¶ Sed caue: quia licet ita simpliciter dicant isti: tamen lex, non puto, intelligitur, qñ tractatur de lucro fisci & dãno priuati in pœna applicãda fisco: sed vbi agitur de dãno fisci, in dubio præsumitur pro fisco. Iac. de Bel. in. l, vnica. in fi. de cadu. tol. per text. in. d. l. j. C. de iure fisci. li. x. secũdum vnã lec. quã sequitur etiã Bar. ibi. & Sali. in. l. si debitor. C. de pri. fisci. & Alexã. in. l. j. in prin. ff. so. mat. ¶ Est etiã alia doctrina, quòd vbi nõ constat de prioritate, si vnũ instrumentũ cõtinet obligationẽ dotis, ꝓsumit præcessisse. Bar. & alij. in. d. l. j. sol. matri. Et idẽ si vnũ loquat de cõducta, vel salario alicuius doctoris. Bal. ibi: quia causa studij & dotis æquiparãtur: vt collegit ibi Bar. ex gl. fi. ¶ † De duobus autẽ testamentis contrarijs ab vno eodẽ tẽpore cõfectis, vide plenè Do. in. d. c. pe. vij. col. de rescrip. in. vj. Cui adde, quòd si vnũ est ad pias causas, præsumit posterius. l. ud. in auth. simpliciter. xxix. co. ibi. xij. C. ad leg. fal. Et si vnus est institutus in duobus testamentis, quomodo debeat adire. vide Ang. & Imo. in. l. eum qui. in prin. ff. de acquiren. hæred.

reme

rememorantes factũ arduũ. ¶ Scias etiã quòd si instrumentũ incipitur ante mediã noctem, & finitur post: debet poni actus consummati. & sic diei sequentis. Inno. de offi. deleg. c. consuluit. & sequitur Bal. in. l. si quis cum §. j. ff. de vul. & pup. quia semper attẽditur momentũ, quo actus perficit. & istud no. qa fuit in facto secundũ eum.

a ¶ Scias etiã, ꝙ si vn[a] cõtractus sequit aliũ inter easdẽ ꝑsonas eodẽ die, loco, & testibus, præsumũtur facti incõti nẽti vnus post aliũ. Bar. in. l. pe. §. fi vir. ff. so. ma. Et iõ dicit Bar. cõsi. clxj. ꝓponit, ꝙ syndicus. &c. ꝙ qñ duo cõtractus sequunt vnus post alterũ incontinẽti: licet nõ dicat inter ꝑtes, ꝙ scd's fiat ꝓpter primũ: tñ præsumit, ꝙ vnus sit factus gratia alterius, ꝙ inuicẽ correspõdeãt. ¶ No. Pe. de Anc. cõsi. mihi. liij. dñs Nico. verus. Abb. & Bal. cõsil. thema prædictũ. in quo de duobus quærit. & Raph. cõsi. vr̃ prima frõte. & Bal. in repe. l. petẽs. xx. col. C. de pac.

8 & de his alꝫs. ¶ † Et scias, ꝙ qñ apparẽt duæ inuestituræ factæ eodẽ tẽpore, prævalet quæ est plenior. Bal. in. c. j. in prin. in. v. col. quid sit inuesti. Itẽ cæteris paribus data duplici collatione eodẽ tẽpore duobus facta, illa præfertur, quæ primò fuit acceptata. Cal. de præbẽ. cõsi. vij. ad fi. Et prædictis adde oĩno multa, q̃ dixi. s. eo. c. pen. char. ver. de cõcursu. vbi posui varias qõnes de ista materia cõcursus: maximè in collationibus bñficiorũ. Et dicit Bal. in. l. si duas. circa mediũ. ff. de excu. tuto. quòd id, quod fit vna die, simul fieri vr̃: nisi appareat, quod prius, & quod posterius. Et est vtile ad plures impetrantes ad eadẽ die, secundũ eũ, dicentẽ etiã illũ text. nõ esse cõtra. c. si à sede. de præbẽ. in. vj. quia illa Decre. loquit in bñficio & fauore: sed illa litera loquit in onere. & vbi cõstat de ordine. ¶ Circa casus positos hîc per Ab. super gl. maiori. Adde ad scd'm Imo. s. eo. c. cæterũ. iiij. col. vbi probat post antiquos, ꝙ si pendẽte lite super præualiditate literarũ, vel etiã illa nõ pẽdẽte: scd's impetrans patiat, ꝙ procedat in principali: valet processus. Et adde And. in. l. ij. in prin. in. iiij. col. ibi. vj. fallit. ff. si quis in ius voc. non ie. vbi ex isto tex. colligit casum, quòd delegatus nõ cognoscit, an sua sit iurisdictio. ¶ Et subdit, ꝙ si proponit exceptio reuocationis, sed producit solũmodo rescriptũ scd'æ delegationis: & tàm delegatus in primo, quàm in secũdo ꝓcedit in causa: & cõtrarias sniãs ferũt: illius sentẽtia prævalebit, ad quẽ declaratũ fuerit iurisdictionem spectare. Sed si rescriptũ nõ fuit productũ, valet snĩa illius, q priò incœpit procedere. per. c. audita. de resti. spoli. & c. cũ in iure. de offi. dele. & per Inn. s. e. c. cæterũ. & ad istud attẽde singulariter secũdũ eũ. ¶ Dicit etiã Inn. hîc, ꝙ si partibus placuerit, possunt prorogare iurisdictionẽ istorũ omniũ delegatorũ vtriusq; rescripti, vt de principali cognoscere possint. & sequuntur hîc Io. de lig. Car. & Imo. per id, quod habet in. l. j. ff. de iudi. & in. c. j. j. de iud. ¶ Nõ obstat. c. cũ super ꝯ. de offi. dele. per quod Host. hîc tenet cõtrariũ: quia secundũ prædictos ibi, ille qui erat iudex, associabat sibi aliũ oĩno nõ iudicẽ: hîc secus. ¶ Limita secundũ But. & Imol. dũmodo secũdæ literæ non fuerint præsentatę. vel si fuerint præsentatę fuerũt cõcessæ ad impetrationẽ partis, quæ fauori suo renũtiare potest: secus si secundæ teuocãtes primas fuissent cõcessę motu proprio, & ostẽsæ: quia tũc cũ iurisdictio deficiat funditus in primis iudicibus, non potuit prorogari tacitè, vel expressè: quia ęsset de nouo dare, cõtra. c. si diligẽti. de foro cõp. de quo latius dixi in. d. c. cæterũ. prima restrictione. vbi etiã inuenies, an oporteat istas fuisse ostẽsas. ¶ Limita etiã hãc decretalẽ: nisi geminata rescripta impetrẽtur ad diuersos iudices super diuersis causis: quia nõ habet locum dispositio huius ca. Lud. consi. clx. breuiter dicitur inferens, quòd cum vnum rescriptũ fuisset impetratum in causa principali: aliud in causa restitutionis, tendens ad rescissionẽ latæ sentẽtiæ, non habeat locum iste text. Inducit verba Inn. hîc: dũ dicit, quòd istud procedit vbi

æqualia sunt iudicia: & consequenter iudices pares. Ad idẽ ponderat Inn. hîc, dum dicit istud. c. non procedere, dum dubitatur, an iurisdictio primi iudicis sit reuocata per literas ad iudicẽ appellationis impetratas: quoniam tunc solũ iudex appellationis cognoscet: quia in diuersa causa sunt factæ impetrationes literarum. ¶ Quòd non possit appellari à iudicibus qbus alij detulerũt, tenet Inno. Io. de lig. & Car. hîc dicens dictum Inn. esse subtile: & secundũ illud cõsuluisse Sali. ¶ Ad istud de modico grauamine, respondet, quòd licet prosit habere iudicẽ fauorabilẽ: tñ hoc non videtur interesse æstimabile. Et ideò nulla pars potest dici grauata: cũ nihil sit diminutũ de iure suo: secus si diminueretur. Ita loquitur. c. de appellationibus ꝯ. de appel. Contrariũ tenet Host. Imo. & Abb. quia à iudice vnius rescripti pronuntiante suam esse iurisdictionem, appellari potest. c. dilecti. & c. significauerunt. de excep. ergo ita hîc. Pro hoc gl. hîc, in verbo sopiatur. volẽs, quòd à sententia arbitrorũ possit hoc casu appellari. & tamẽ attenta ratione Inno. videretur idem in sententia eorum super articulo reuocationis. Facit. c. ab arbitris. de offi. dele. in. vj. & per qd' tenet hîc Abb. in notabilibus posse ab istis arbitris appellari.

a ¶ Si vnus. Adde tu, ꝙ si duo testamenta reperiãtur eadẽ die cõfecta: & quod prius, vel posterius sit, non apparet: neutrũ valet. l. j. §. j. & ibi Bar. ff. de bo. pos. secundũ tab. & in l. sisduas. in princi. in lec. Ni. de Nea. in vlt. col. ver. vlt. dicit gl. ff. de exc. tuto. quãquã cautela est, ꝙ hæres adeat ex vtroque secundũ Ang. in l. eũ qui. ff. de ac. qui. hęredi. Fallit hoc, quãdo in vno sunt scripti extranei, & in alio instituti venientes ab intestato: tunc in dubio debemus ꝓsumere pro venientibus ab intestato. Ita Barto. in d. l. j. §. j. ff. de bo. poss. secundũ tab. Itẽ fallit, quando in altero continetur adẽptio ad alterum: quòd illud prævalet ex coniectura posterioritatis. Ita Bal. & alij in l. iij. ij. C. de codicillis.

Vbi duo corpora confusa in vnum habent exercere actum, ita quòd nõ remanent ambo integra: statur maiori parti respectu omniũ personarum insimul vnitarum. Secus, quando plura corpora, quorum vnum in aliud non confunditur, iunguntur: quia oportet, ꝙ habeatur maior pars vtriusq; corporis, cõsyderãdo vtriusq; partis vtrũque corpus. Ita probat gl. hîc in verbo, plures. Quã extol lũt pro sing. Bu. Imo. & Abb. hîc, quos simpliciter refert & sequit And. Sic. ¶ Adde Bal. in. l. si ad scribatũ. ad fi. C. de app. vbi dicit, ꝙ qñ actus debet expediri à duobus col legijs, nõ sufficit maior pars, iungendo vnum collegium totum cum minori parte alterius. Sed requiritur maior pars vtriusq; qa minor nõ reputat mẽbrũ collegij. ¶ Et iõ dicit Ab. cõsi. lviij. ex infrascriptis lr̃is. viij. col. ꝙ si Papa mãdat Epo, vt aliqd expediat cũ cõsulibus populi: nõ sufficit, ꝙ Eps cũ aliqbus facit maiorẽ partẽ: sed requiritur maior pars ipsorũ cõsulũ, per istũ tex. cũ gl. ¶ Et adde Abb. post alios. in. c. fi. ꝯ. de parochijs. vbi per illũ tex. ponit, qd est dictũ, qñ corpora cõiungũt, vt faciãt vnũ corpus: qa tũc inspicit maior pars personarũ congregatarũ. Et idẽ dicit sentire Bartol. in. l. fi. ff. de collegijs illi. ¶ Adde etiã text. in. c. scriptũ ꝯ. de elec. per quẽ Abb. ibi repetit prædicta. Addẽs, ꝙ vbi diuersa corpora cõiũgũtur in vnũ ad actus expeditionẽ, nõ vt diuersæ vniuersitates: sed vt vnũ corpus, cõputantur voces ꝑ capita. Et posteà infert ad cõciliũ generale: in quo ꝓcedit per nationes: & oportet ad validitatẽ actus, ꝙ concurrat maior pars nationũ: licet fortè in maiori parte nationũ essent pauciores ꝑsonæ numero: vt qa fortè alię nationes cõtradicẽtes sunt plures numero ꝑsonarũ. ¶ Et subdit, ꝙ ex circũstãtijs cognoscit, an conueniãt in diuersa corpora, an vt faciẽtes vnum corpus. Si eñ dantur voces in vnũ, non põt dici, vt conueniãt, nisi tãquã vnũ corpus. Et ista dicta reputat importãtia Baptistæ de sancto Seuerino in repe. l. omnes populi. xxiij. chart. ff. de iusti. & iure. Aliquid etiã ponit Abb. de offi. dele. c. cũ te. versus fi. ¶ Et istis adde oĩno Abb. consil. mihi. cxxxij. casus in effectu talis est: quidã testator. vbi latè ponit qũo cõputent voces diuersorũ corporũ: ad hoc vt qdlibet corpꝰ videatur repẽsentari debito numero vocũ. Et vult post multa, ꝙ si certis cõsulibus & hæredibus cõmittitur distributio piorũ relictorũ: veniũt cõsules, vt principales, habito maiori numero eorũ: & hęredes requirũt ab eis. Multũ inducit dicta Io. An. de ele. c. scriptum. quẽ vide. Ad hæc etiã vide Abb. in. c. in singulis. j. colum. de stat. mo. & in. c. fi. ij. col. de ma. & obe. & Lu. cõs. xcix. viso ꝙ

posito qõnis.vbi per istũ tex.& ꝑ d.c.scriptũ. & alia iura vult, ꝙ si testator cõmittit distributionẽ cõsulibus certæ artis & hæredibus suis:cõsules habebũt vnã vocẽ tñ, & vnã hæredes:vt vr̃ loq de eodẽ casu,de quo loquit̃ Ab.in d.cõsi.Et dicit Ang.in.l.ij.ff.de rei vẽ.ꝙ si duæ villæ, vel duo castra,vel duo monasteria religiosorũ cõfluũt ad habitandum in vnum:non erit vna villa:non vnũ castrum: non vnum capitulũ.Et idem de populis & similibus propter gl.ij.ibi,dũ dicit: & tamen quilibet durat populus: non repetitur ad hoc melior gl.in iure,secundũ eũ intelligentẽ.Nisi ita se miscuerint ad cohabitandũ:vt cõstituerent vnũ corpus.sicut videmus in vnico grege:vt fit vn⁹
9 grex.alle.Inno.in.c.dilecta.de exces.p̃la.¶ †Circa p̃dicta tñ scias,ꝙ vbi actus cõmittitur vni nomine collectiuo & alteri p̃sonę,illud collectiuũ est ꝓ alia dimidia.Angel.& Imo.in.l.liber hõ.§.Titius.el.j.ff.de hære. instit. dicentes per illum text.quòd si rectori & vniuersitati scholarium
a daretur potestas eligendi notarium:tantã[a] vocem habet rector solus,quantã tota vniuersitas:nisi secũdũ Imo. de mente statuentiũ appareat aliud fuisse.ar.l.cũ virũ.C.de fideicõ.¶ Simil'r dicũt Ang.& Imo.in.l.interdũ.in prin. ff.de hære.insti.ꝙ si in aliquo actu dent̃ voces capitaneo & antianis,vnã habebit capitaneus,vnã antiani.Similiter dicit Bal.in.l.fi.in princ.C.de impu.& alijs sub.quòd nomẽ collectiuum ponitur pro singulari persona:ideo si eis adiungitur alius specialiter nominatus, ille habebit dimidiam vocũ,& tota vniuersitas illa aliam,quia apud intellectũ habetur pro singulari persona. Bonus tex.in.l.si qs Titio.ff.de vsuf.accre.vbi tñ habet vnus noĩat⁹,quantũ plures innoĩati nõ cõiuncti ꝑ nomẽ collectiuũ.Et iõ ibi Bal.infert de pœna imposita capitaneo & antianis: & de
b arbitrio dato capitaneo & priorib⁹.[a]Nã in istis exemplis quilibet est ꝓ dimidia,ac si essent duæ singulares p̃sonæ, secundũ eũ.Et dicũt Ia.bu.Bal.& Ang.in.l.qm̃.la.ij.C.de ap.ꝙ si Papa cõdẽnauit Abb.& cõuentũ in cẽtũ: dimidiã soluet Abb.& aliã dimidiã cõuent⁹.Et dicit Sali.quòd si potestas cũ suis officialibus cõdemnatur in centũ: potestas soluet dimidiã.Similiter dicit Bal.in.c.j.qui feu.dare pos.si prælatus in capitulo incidit in pœnã.l.si quis in tantã.C.vnde vi.cap̃lm tenet̃ ꝓ dimidia,& Prælat⁹ pro alia. An autẽ in illã pœnã incidere possint:vide Abb.in.c.j.de do.& cõtu.¶ Et illa p̃sona, q habet secũ vocẽ vnius personæ alterius corporis obtinebit: quia ibi est maior pars propter dimidiã iuncta vna cũ voce alterius dimidię.Albe.de rosa.in scd'a parte statutorũ.q.clxxxviij.Paduæ est statutũ dicẽs,ꝙ si quis non potest torqueri: nisi sit deliberatum per potestatẽ & priores:obtinet vox potestatis & vnius prioris: quia ibi est maior pars. Et ista fuit opinio Hostien.in.c.postulati.de conces.præb.Sed est communiter reprobata:tum propter gl.hîc, & prædicta:vbi oportet, quòd illud nomen collectiuum verificetur in maiori parte.Tũ propter multas alias rationes, quas pulchrè cõtra Host.dilatat Ioã.An.in.c.à collatiõe.de ap.in vj.probãs, ꝙ si Episcop⁹ habet secũ vnũ canonicũ cõcordem,non præualet votum suum voto aliorũ canonicorũ:quia ad hoc, vt cognoscatur vox capituli, requiritur maior pars. Ergo habendo vocem vnius canonici, non habet vocem capituli. Et dicta Ioan.Andr.reassumit ibi latè Dom. Sequitur etiam Fed.consi. ccxxxij.in Christi. &c.vacantibus canonicatu & præbẽda. in fi.& Lap.alle. xxxij.in fi.& But.& Abb.in cap.postulasti.& in.c. quanto.de his,quæ fi.à præla.& Do. in.c.fi. circa mediũ.de re iu.in.vj.& Bal.in.c.j.in fi.prin.in tit. cui dabitur sacramẽtum.& glo.in.c.vnico.in verbo,à sensu. ne sede va.in.vj. & Abb.hîc,& in.d.c.scriptũ.& per Lud.consi.ccclxvj.ad fi.quæ omnia bene not. Dicas etiam ad materiam huius
10 decre.†ꝙ si arbitri pronũtiarent illos esse iudices,qui nõ sunt, & ab eis non appellaretur, illi possent cognoscere de causa.glo.fi.& omnes hîc.¶ Sed finge, ꝙ vnum rescri-

a ¶ Tantã.Adde qđ no.Ho.Io.Andr. & do.Ab.in.c.postulasti.de cõcess. præb. Fed.de Se. in consi. suo'inci. ad Episcopũ & capitulũ. d.Abb.in consi. xxxvij.inci.casus in effectu talis est.

b ¶ Et prioribus.facit quod no.habetur per do.Sozin. consi.iiij.versi.ex quibus verbis. circa medium.in prima parte.char.xl.

c ¶ Nõ in actu. Ad huius tex. materiam vide doct.& Pe.de Su.& omnino per. Ang.in.l.cũ furiosus. ff. de iudi.& quod per Bar.in.l.multũ.de condi.& demon. &.d.de Ro.in deci.ccclvij.circa tertiũ dubiũ.&c. & in decisi.cccxlvj.si si vn⁹,in no.& Baldus in.l.nec quicquam.§.vbi decretũ.ff.de offi.procõsu.& le.& in.l. fals⁹.ix.col.et Bal. in marg.ver.delegatus. ver.viij.& ver.ix. Et quis dicat̃ delegatus, & quando potestas dicatur delegata; vide no. per d. Sozinum.consil. cclx.incip. in causa manutensis.ver.j. quia cõcessa. cum ver.sequen. char, clx, & in versicu. aliquãdo & quintò.ibi.nam. char, cxcj.

ptũ reuocet aliud ipso facto,sicut qñ est datũ motu proprio:vt latè dixi.s̃.eo.c.cæterũ.in prima restrictione.tũc dubito de ista gl. quia si illi iudices reuocati funditus carẽt iurisdictione,cõsensus partiũ expressus, vel tacit⁹ nõ videt̃ posse eã reuocare.per.l.priuatorũ.cũ si.C.de iurisd.om.iu.maximè cũ p̃sentatio illius rescripti semel denotauerit animũ impetratoris:quod magis irritat aliud rescriptum.Cogitabis:quia nunc occurrit.Demũ adde, quòd nullus istorum potest alteri mandare,quòd in causa non procedat:quia sic mandando ingereret se officio.Ang.in l.quæ omnia.j.col.per illũ tex.ff.de proc.allegat Inn.hîc.

SVMMARIVM.

1 *Habitus iurisdictionis potest delegari.*

2 *Perpetuatio iurisdictionis circa expressa, an operetur in nõ expreßis: concludit,quòd non.quæ regula patitur.v.fallentias.*

Citatio facta contra vnum ex correis perpetuat actum contra alium correum.post nu.2.versi.fallit primò.

3 *Perpetuatio iurisdictionis fit per solam citationem.*

Quoniam ¶ Per clausulã generalẽ positã in rescripto ante expressionẽ rerũ & personarum: delegatus habet iurisdictionẽ in habitu &
c non in actu[c]. Hoc primò.Speciales literæ derogant literis generalibus,quanquã de illis nullã faciãt mentionẽ.Hoc secundò.Nõ dicitur dispositio generalis, qñ nõ cõprehendit totũ genus:sed venit verificanda solũ in vna specie cõprehensa sub genere. Bar. in.l.si domino. ff.de leg.j. per text.ibi.& in.l. si hæres.ff.de op.le. bonus tex.cũ glo. de off.deleg.c.ex parte.el.j. & ibi exẽplũ vtile: de quo hîc ꝑ Abb.¶ Adde Paul.de Ca. in.d.l. si domino. vbi dicit idẽ,quod Bar.ibi:de illo,qui habet expectatiuã. & pro ipso dicit esse casum in.d.c.ex parte.qui secũdũ eũ est fundat⁹ in dictis legibus.Idẽ Abb.in.d.ex parte.faciẽs festũ de illo tex.pro opi.Bar.dicit etiã Paul.vbi.s̃.ꝙ post gratiã primi, vacet præbenda, quã Papa alteri conferat, nõ facta mentione de primo expectãte,qui poterat acceptare eã: nõ valet gratia tanquam surreptitia. alle.d.c.ex parte.Et hæc nota ad intellectũ regulæ gñalis. de re iu.in vj.Sensus gl.in verbo eneruatur.est,ꝙ si per literas speciales sit citatio, procedatur authoritate ipsarũ. secus si fiat ꝑ primas.Cõtrariũ tenet Io.mo.in rub. de rescr.in.vj.videlicet,ꝙ habẽs scd'm rescriptũ sp̃ale citatus à primo põt excipere,ꝙ primus nõ est iudex:quia materia de qua loqtur scd'm rescriptũ,est specialiter cõmissa.Et ista sunt paria,ꝙ qs nõ habet iurisdictionẽ, vel* habeat,*sed nõ quo ad id,de quo agit̃ in speciali casu.c.cũ olim. de of.dele.Et ita But.Ab.& Do.hîc.Tamẽ dicit Imo.ꝙ in practica difficilè obtineret̃ cõtra gl.qa Io.And.& antiq trãseũt cũ ea. ¶ Salua gl.duob⁹modis.Primò secũdum Abb.hîc,qñ secũdus impetrator specialis esset negligẽs: qa sicut primæ tollunt̃ al's ꝑ solicitudinẽ scd'i,& negligẽtiã primi.s̃.e.c.si autẽ.Ita scd'æ reuocatoriæ pñt tolli ꝑ negligẽtiã scd'i, & solicitudinẽ primi. Sed vbi nõ põt scd'o adscribi negligẽtia,gl.malè loquit̃: qa prim⁹ semꝑ obtineret: qa facili⁹ põt iudicẽ recurrere.¶ Dubito de ista saluatiõe ꝓpter verbũ penit⁹. de quo in tex.quod importat ipso iure.gl.fi.in.l.si aduocationũ.C.de postu.ergo si primæ generales quo ad ipsam speciẽ,sunt ipso iure reuocatæ,nõ vident̃ posse reuiuiscere.ar.l.si res.§.aream.ff.de sol.¶ Posses rñdere hoc modo:quia videmus tex.s̃.eo.c.cęterũ.qđ secũdæ non facientes mentionẽ de primis, nõ obtinẽt alicuius roboris firmitatẽ.& tñ per negligentiã primi valẽt: ergo nõ sunt ipso iure nullæ: quia ꝑ alia iura sic declarat̃.vnde hîc põt dici pariter ecõuerso,ꝙ primæ recoualescãt per negligẽtiã scd'i impetratoris.Sed certè illud,qđ de negligẽtia dicit̃.s̃.eo.c.si aũt,& j̃.eo.c.plerũq; nõ loquit̃ præcisè in casu isto,in quo videtur iste tex.vltra determinare dicẽdo, ꝙ circa speciẽ specificatã in secũdis literis,primæ penitus eneruant̃. Tñ opinio Abb.est æqua & fuit prius Car.hîc.

¶ Secun

¶ Secundã saluationẽ ponit Do.videlicet,si ante pręsentationem secundi,est facta specificatio per primũ:quia primũ rescriptũ obtinebit in illa specie,ex quo ante præsentationẽ secũdæ literæ nõ operãtur effectũ.c.audita.de resti.spo.dixi.s̃.e.c.cæterũ.¶ Sed cogita:quia vt dicit ibi Abb.primus semper obtineret: quia facilior est sibi aditus ad iudicẽ.vnde si nõ põt imputari negligentia secũdo nõ videtur prodesse ista festinãtia primi.Secus si fuisset negligens secũdus.Et intellige, ꝙ primus dicat̃ esse solicitus per specificationẽ factã de p̃sonis,vel rebus:& nõ aliter:ꝓpter dictũ Dñici,de quo.s̃.Et cõsidera,ꝙ de iuris rigore multi tenerẽt hãc saluationẽ indistinctè præsupposito,ꝙ ante p̃sentationẽ secundæ non
1 operentur effectũ.¶ †Habitus iurisdictiõis de quo hîc põt subdelegari.gl.hîc cõiter apꝓbata.Et vltra rñsionẽ Abb.ad.c.Romana. de offi.ordiñ.in.vj.respondet hîc But.& Imo. ꝙ Archiep̃s habet ibi iurisdictionẽ sub cõditione,si appelletur. & sic non habet habitu iurisdictionẽ,quo ad determinatas personas.Adde in primis gl.fi.in.c.ex tenore.de fo.cõpe.& gl.j.in.c.licet ex suscepto.eo.tit. quæ ponit sp̃alem casum,in quo habens iurisdictionẽ in habitu, delegat habitũ & exercitiũ.s.i.Papa quo ad iurisdictionem tẽporalẽ.¶ Sed istud pẽdet ex notatis de iudi.c.nouit.Vtrũ impetratori sit concessum exercitiũ iurisdictionis temporalis accumulatiuè ad Papã,an priuatiuè.& per extrauagantẽ Bonifacij.viij.vnã sanctam.videt̃,ꝙ accumulatiuè.Adde etiã pulchra verba Io.And.de ele.si cõfirmationẽ.in.vj.dũ ꝓbat,ꝙ Archiep̃s potest delegare potestatem cõfirmandi suffraganeos in posterũ eligendos:quia sicut negotia futura per vniuersitatem causarũ delegari possunt.c.per hoc.de hæreticis.in.vj.l.solent.&.l.se.ff.de iurisdi.oĩm iudi.ita & ista.Ad.c.si j̃.eo.respõdet,ꝙ ibi præiudicatur ordinariæ potestati: hîc non. Prætereà ibi non extenditur ad futura: quia non fuerũt cogitata,neq; expressa. Ad.d.c.Romana.respõdet,ꝙ non ꝓhibet cõmissionẽ futurarũ appellationũ simpliciter,sed in diœcesi suffraganei.& de illis, q nõ sunt sibi subiecti.¶ Pręterea permittitur ibi facere,vbi hoc vult cõsuetudo:ergo talis cõmissio nõ est cõtra substãtiã rei:qa nõ valet cõsuetudo.c.ij.cũ gl. maiori. de cõsue.in vj.Quã rñsionẽ no.qa fortè clarior est rñsiõe doc.hîc.Et adde Rotã de offi.vicarij.vltima.in antiquis.& tertia in antiquioribus.vbi habet̃,ꝙ Episcopus põt cõmittere vicario exercitiũ ex causis futuris,si descẽdat ab habitu suæ ordinariæ potestatis: sed non posset cõmittere aliqd,in quo nõ haberet adhuc habitũ, neq; exercitiũ: Puta causas sibi per Papã delegandas, vel dispensationes ei cõmittẽdas.quia potestas nullo mõ cõpetens cõmitti non põt.Nõ est sic in casu Io.An.in.d.c.si cõfirmationẽ.quia ibi confirmatio,vel cõsecratio cõpetebat in habitu potestati ordinariæ.sed ista nec actu, nec habitu includitur sub ordinaria,secundũ Rotã.¶ Similiter dixit Pau.in.d.c.Romana.§.j.ꝙ qui potest esse delegatus Papæ si eũdo ad studiũ cõmittit vni causas, quæ sibi cõmittentur in futurũ, valet cõmissio:quia non habet in illis habitũ iurisdictionis,sed capacitatis tm̃.respondet ad illũ tex.quatenus ꝓbaret cõtrariũ,ꝙ loquitur de ordinario:q bene potest cõmittere causas futuras. Similiter dixit Rota.de off.dele.vj.in nouis. ꝙ executor ad bñficia non põt dare potestatẽ collegis suꝑ purificatiõe gratiarũ, quæ sibi cõmittent̃.Rñdet Rota ad dictũ Io.An. vbi.s̃. ꝙ loquunt̃ in cõmittẽte cãs,siue negotia futura expediẽda iure ꝓprio:sec⁹ si alieno.¶ Similiter dicit Egi.cõclusione.xxij. secundũ magnã partẽ. &c.ꝙ iudex datus in cã appellationis, de qua constat: nihil põt in negotio principali:sed bñ põt pronũtiare se incõpetẽtẽ. Et subdit Egi.conclusione.xxviij.& c. ꝙ cõmissio facta suꝑ appellatione nõdũ interposita,est nulla.Et si eadẽ die fuerit interposita appellatio,& facta cõmissio:in dubio præsumitur appellationẽ præcessisse, secundũ eũ.Cõcor.Rota de except.scd'a decis.in nouis, allegata.s̃.¶ Cõsydera rñsionẽ doc.hîc ad.d.c.Romana.in qua videt̃ velle, ꝙ ibi adhuc nõ cõpetebat iurisdictio etiã in habitu: nã istud videt̃ dubiũ. Primò ꝑ id quod no. Rota, vt dixi de vicario: quia vult,ꝙ potestas pro causis futuris põt cõmitti,& in illis videt̃ cõmittẽs hr̃e habitũ,sicut in istis.Prætereà in casu gl.& doc.hic,nõ videt̃ dr̃ia quo ad casum.c.Romana.qa iste habet iurisdictionẽ in habitu cũ cõditione, si genus specificat̃.Ita ibi Archiep̃s cũ cõditione,si fuerit appellatũ.Prætereà, si nõ haberet ibi potestatẽ in habitu, nõ valeret cõsuetudo,ꝙ cõmitteret id, qđ habet tanquã cõtra naturã rei: vt est dictũ.Et iõ magis videt̃ plena rñsio Ioã.And.in.d.c.si cõfirmationẽ.quod ibi prohibetur in diœcesi suffraganeis. de illis qui non sunt sibi subiecti:nõ qa deficiat habitus, sed ꝓpter honorẽ suffraganeorũ.Nã in ꝓprio territorio posset fieri talis cõmissio:vt exp̃ssè sentit Io.And.¶ Et circa.d.c.Romana.vide qđ no.Abb. de testib.c.significauerũt.iiij.vbi dicit,ꝙ licet à futuro grauamine non possit appellari.c.dilecto.& c.cum cessante.de ap.tñ põt appellari sub cõditione,si grauaberis.quia videt̃ perinde ac si diceret:appello ex tũc.& tenet appellatio.vnde licet propter honorẽ iudicis,nõ debeat ita appellari: tñ si appellatur, valet:vt ibi per eũ. ¶ Cõtrarium tenet ibi dñs meus do.Fran.de Are.in.vj.co.per.d.c.Romana.§.j.vbi nõ põt cõmitti cã sub cõditiõe,si cõtingat appellari. Vnde sicut ibi nõ põt fieri cõmissio in cã appellatiõis, ne aliquo modo lędat̃ iurisdictio suffraganei: ita ne tali appellatiõe lædatur honor iudicis.¶ Posset respõderi, ꝙ ibi est specialiter ꝓuisum propter dictã rationẽ: nõ quia de iure actus nõ posset valere.Patet, qa potest validari cõsuetudine:& iõ nõ videtur extẽdẽdus.Tñ nõ affirmo dictã opi. Abb.qa obstãt alia multa, de qbus ibi per dominũ meũ.Et si diceret̃:delegatus in casu huius gl.põt cõmittere habitũ:ergo Episcopus põt cõmittere vicario habitũ pro futuris delegationibus.cuius cõtrariũ est dictũ.s̃.Respõde, ꝙ in casu isto cõpetit habitus mediãte rescripto.Sed in alio casu nõ cõpetit aliqd, sed mera capacitas futurarũ cõmissionũ. Et sic etiã in casu Paul.& Do.in.d.c.Romana.§.j.dũ loquuntur de eunte ad studiũ.¶ Et no. ꝙ iurisdictio cõpetẽs solũm in habitu nõ potest ꝓrogari: tñ suspẽsa patet.qa aliud est ius finiri in aliquo,aliud exercitiũ impediri.al legat.l.ꝙ si fortè.§.fi.ff.de so.& l.si plurib⁹.ff. de admi.tu.Et refert se consultũ in facto nullibi hoc reperisse in certis scriptis Bar. nõ in lectura.in.l.nec ille.ff.de tut.& cura.datis ab his. & idem Pet.de Anc.de of.dele.c.cũ plures.li.vj.¶ Cõtrariũ firmat hîc Andr. Sic. qa iurisdictio intelligitur prorogari cũ eisdẽ qualitatibus & formis,cũ quibus erat iurisdictio prima.gl.fi. prope fi.de præben. hi, qui.li.vj.sæpissime allegata à Bal.sed prima iurisdictio hîc erat solũ in habitu:ergo illa sola est prorogata.Ad istud dic fatẽdo,quòd prorogetur solus habitus, sed sicut habitus prius erat reducibilis ad actũ:ita nũc post prorogationem, sicut & hîc in subdelegatione.¶ Mouet̃ etiã,'quia prorogatio est extẽsio.l.sed si manẽte.ff.de p̃cario.sed iurisdictio non põt extẽdi:ergo nec prorogari.Vnde lapso tpe pręfixo delegato nõ poterit exercere iurisdictionẽ,quo ad ea,q̃ sibi cõpetebãt in habitu tm̃,secundũ eũ.¶ Cõsydera, ꝙ licet post tps non possit fieri prorogatio. d.l.sed si.tñ prius põt fieri & ꝓrogatio & extẽsio:quæ videntur synonyma.c.de causis.de of.dele. Sed aduerte:qa An.Sic.p̃supponit vnũ,qđ videt̃ impossibile, volẽdo exẽplificare dictũ Petri. qa prorogatio tp̃is debet fieri de cõi partiũ cõsensu.d.c. de causis. Si ergo prorogatio debet fieri de iurisdictione,quæ est in habitu:oportet ꝙ cõsentiãt p̃sonæ exprimẽdæ.& sic exp̃sio personarũ p̃cedet ꝓrogationẽ.Ergo nõ ꝓrogabitur habitus,sed exercitiũ:qa facta expressione p̃sonarũ,habet exercitiũ.tex.est hîc.Ergo exẽplũ istud videt̃ indoctè positũ.¶ Si diceres:fiet prorogatio cũ consensu partiũ expressarũ: vt operet̃ quo ad personas nondũ expressas. Solutio. qua ratione perpetuatio in expressis nõ operatur in nõ expressis:eadẽ nec prorogatio. ¶ Si diceres,sicut actus cõmunis vl'i iurisdictioni,vt electio notarij,perpetuat etiã quo ad nõ expressa:vt dicetur j̃.in.ij. fallẽtia. ita prorogatio facta cum consensu expressarum, tanquã actus generalis ad omnia commissa operabitur quo ad personas nõ expressas. Solutio.hoc modo esset dare casum, in quo prorogatio tẽporis fieret sine consensu partium, quarum interest: quia illi non expressi ad hoc non consenserunt. ergo cum causæ sint diuiduæ, consensus vnius partis non pręiudicabit alteri: quia nimium restringeretur d.c.de causis.Vnde dictum Bart. & Petr.de Anch. de prorogatione habitus,debebit alio modo exemplificari.

2 Perpetuatio †circa expressa in rescripto non operatur regulariter quo ad non expressa. glo. hîc,Io.And.But.& cõmuniter oẽs.& Bal.in.c.licet vndiq;. de off. dele.dicens,ꝙ si sit generalis delegatio,puta in causis pupillorum, continet in se vniuersa capitula,tunc perpetuatio in vno non operat̃ in alio:per.l.quid tamẽ.ff.de arbi.Idẽ Bal.in.l.mandatũ.iij.col. C.man.dicens,ꝙ mandatũ factũ ab officiali ratione officij,finitur

morte mandantis in his, quæ non sunt inchoata. Et dicit esse gl. notabilem in capi. ne aliqui. in verbo cœpta. de hære. in. vj. & idem Sali. ibi. vj. col. ibi oppono octauò. & fuit Lud. & Ale. in. l. & quia. ff. de iur. omn. iud. Quibus ex infrà dicendis poteris plura addere. & pro prædictis est. text. in. d. cap. ne aliqui. per locum à speciali. & text. clarior in cap. §. vt officium. de of. dele. in. vj. vbi potestas conseruatoris, qui præponitur vniuersitati agendorũ, extinguitur mor te præponentis re integra, quo ad non cœpta. ¶ Contrarium tenuit Bart. in. d. l. & quia. vlti. col. ibi quæro, quid si committantur. dicens, ꝙ si cõmissio est vniuersaliter facta, videt vnica cõmissio. & ideo incipiẽdo in vna causa: ita videtur induci ppetuatio quo ad oẽs, sicut quo ad illã. Est eadem ratio secũdum eum, Secus dicit si plures causę fuerint nominatim commissæ: quia propter vnã perpetuatã nõ perpetuantur aliæ. Ita intelligit glo. & Inn. in. d. c. licet. qa fuerunt plures delegationes. ar. scire. debemus ff. de verb. oblig. Et ista partem tenet etiam Innoc. in. l. ij. §. sed & si quis. ff. de donat. & Angel. & Sal. in. d. l. & quia. & Andr. Sic. hîc. Mouetur ipse propter gl. ij. in Cle. j. de test. dicentem, ꝙ vbi actus est gestꝰ & gerũdus, sicut lex noua nõ ligat gesta, ita nec gerenda. Et ideo à simili casu nostro cum aliqua sunt cœpta: aliqua incipienda, sicut mors Papæ non operatur in cœptis: ita nec in incipiendis. Nihilominus prima pars communiter tenetur propter tex. in ea allegatos. Nec obst. glo. in. d. Clem. j. quæ reuera est alterius propositi vt satis fuit dictum de ea ti. præcedẽti. c. vlt. fallentia. v. ¶ Sed dic, quòd inductio eius infert solũ hoc, quòd perpetuatio in expressis operatur in aliis, quę sunt connexa illis: & hoc fatendũ est, vt ſtatim dicetur in. j. fallẽtia. Et istam partem tanquã cõmunem sequuntur alij infrà allegandi. Sed sup dicta cõmuni opinione ordinaui nouissimè quinq; fallentias. ¶ Fallit primò in cõnexis. Io. And. Bu. Inn. & Abb. hîc. ar. l. fi. C. de duobus reis allegatæ in gl. vbi citatio facta cõtra vnũ ex correis perpetuat actum contra alium correum. Bene faciunt dicta Cyn. in. l. mandatum. C. man. vbi vult, ꝙ fidelegatur iudicium vniuersale, vt petitiõis hæreditatis: perpetuatum sup̃er vna re, est perpetuatũ sup̃er omnibus rebus eiusdem hæreditatis & accessorijs: tã præsentibus, quã futuris: quia propter naturã vniuersalis iudicij, videtur repetita omnia etiam minima. Est enim vna actio inspecto iure, qđ metimur ex persona agentis. l. j. in princ. ff. si pars hære. pet. Idẽ, si delegatur iudiciũ generale: vt negotiorũ gestorũ, vel tutelæ: vt ibi latius. & sequitur latè Bald. hîc. ¶ Similiter dicit Fed. consi. iiij. qõ talis est. in fi. ꝙ commissio facta de absoluendo plures excommunicatos expirat morte cõmittentis quo ad non absolutos, licet cœpta sit in aliquibus absolutio: nisi negotiũ omnium, qui debuerunt absolui, sit cõnexũ. Ad idẽ quod in alio proposito notãt hîc Cõpost. Io. And. But. Imo. & Do. dicentes, quòd si executor habens potestatem prouidendi ad beneficia in prouincia fecit inhibitionẽ in duabus ecclesijs: postea moritur delegans, poterit iste prouidere etiã in alijs ecclesijs, in qbus nõ inhibuit: dũmodò inhibitio fuerit generalis. quia licet fuerit in certis locis, tñ est vnicũ negotiũ. s. prouisionis in ꝓuincia faciẽdæ. Secus dicũt si in vna, vel plurib⁹ inhibuissent, dicẽtes se velle in altera earũ ꝓcedere: qa tũc nec mortuo, nec viuẽte mãdatore, poterit in alijs exeq. & remittũt ad noꝝ. eo. c. ¶ Fallit secũdò: nisi feciſſet actũ cõem tã ad expſſa, quã ad non expſſa, ꝙt est acceptatio rescripti, vel electio notarij. Ita But. & Do. hîc dicẽtes se nõ videre, ꝙ tales actus nõ sint cões, etiã ad contentos sub cla generali. Et sic est perpetuata quo ad omnes. Idẽ dicunt, si solũ facit exprimi res, vel personas. Nec ob. iste tex. vbi ante expressionẽ non habet exercitiũ: quia verũ est sup̃er principali, sed sup̃ præambulis bene habet, sicut actu habet iurisdictionẽ ad subdelegandũ: vt. §. dixi. Et ita etiã ad faciendũ exprimi res, vel personas. Idem But. de offi. dele. licet vnicuiq; vij. col. ibi quæro, plures causæ. dicẽs, ꝙ vbi delegato sunt cõmissa plura negotia, perpetuatio in vno non operatur in alijs: nisi anteà esset factus actus cõis oibus negotijs. Idem Imo. hîc, & Do. in. d. cap. ne aliqui. Bene facit quod not. Io. And. & But. de fi. presby. c. ex tua. ad fi. dicẽtes, quòd habẽs potestatẽ dispẽsandi cũ illegitimis, vt promoueantur, si fecit actũ cõmunẽ omnibus dispensationibus, nõ perdit hanc potestatem mortuo Papa: aliãs secus. Et idẽ Ioan. And. in Spec. de dele. §. videndum. ver. quid si is. ita intelligens Spec. ibi. ¶ Et intelligunt isti de potestate data per viam commissionis: puta de dispensando cum certis: quia gratia nondum est facta: sed committitur fienda. Secus si per viam gratiæ factæ: puta de dispẽsando cũ incertis. Nã quoad habẽtẽ dispensare gratia est facta. Ideò non expirat mortuo Papa etiam re integra: per cap. si cui nulla. de præben. in. vj. & firmat Fede. consil. lxxxviij. casus talis est: Papa concessit. Et ista sunt de mente Archi. xviij. q. ij. dudum. & ibi. & istud argumentũ est ad quæstionẽ. Et pulchrẽ no. Do. in. c. ij. ij. col. de præben. in. vj. dicens, quòd gratia de conferendis beneficijs vacantibus in curia personis incertis: durat mortuo Papa, etiam re integra. Et ista fallentia de actu communi, posset etiã fortè procedere in casu. de quo per Fede. d. cõsi. cxj. ¶ Aduerte duobus modis. Primò ꝙ exẽplum de acceptatione rescripti nõ est bonũ: quia secundũ Imo. hîc per hoc nõ exercetur aliquis actus iurisdictionis circa cõmissa sub cla generali. Et profecto pro hoc multũ vrget alia rõ: qa si acceptatio esset actus cõis: sequeretur quasi semper perpetuatio quo ad oĩa. Nã iurisdictio non exercetur ante præsentationẽ rescripti. de rest. spo. c. laudita. Vnde semper perpetuatio in vno actu operatur in alijs: qa illum actũ præcesſit acceptatio. & sic actus cõis. Vnde vix posset dari actus, q nõ esset cõmunis: cũ oĩs actus sequatur præsentationẽ. est verũ, ꝙ acceptatio operatur ꝓpetuationẽ. Et dicit cõis, quo ad specificata in rescripto: sed nõ quo ad specificãda. secũdũ Imo. ¶ Secũdò aduerte: qa fallentia ꝓcedit tenẽdo, ꝙ ad perpetuandã iurisdictionẽ delegati, sufficit actus anterior citationẽ: vt per gl. iij. in d. ca. ne aliqui. cũ suis sequacibus. Secus si teneremus, ꝙ solùm per citationẽ: quia citatio nõ est actus cõis: nisi in casu sequentis fallentiæ. & ideò operaretur solũ [a] in causa, [a] in qua cõmittitur citatio. Quæ autẽ sit verior opinio, dixi satis latè de offi dele. c. relatũ. tenendo cõmuniorẽ: ꝙ per solam [a] citationẽ inducitur perpetuatio. Tum, propter. c. fi. in fi. de offi. leg. cui in effectu non datur accommodata responsio. Tum ꝓpter multa, quæ accuratius cæteris adducit Do. in. d. c. licet. & ideò ista fallentia haberet tantã difficultatem in practica, quantã in se habet ille passus. ¶ † Sed posito, ꝙ in cõmissione iudicialiter expediẽda, requiratꝰ citatio: tamen in expedienda extraiudicialiter, est secus: & tũc procedẽt quæ dicta sunt de dispensatione & potestate, in qua præcesſit actus cõis: puta acceptatio: vt est de mente prædictorum: licet nullus clarè insistat in hoc: scilicet, qui sint actus cõmunes in extraiudicialibus. Et si acceptatio est actus cõis, profectò vt plurimum perpetuabitur. Posset etiam dici actus cõmunis, si mandarentur vocari illi, cũ quibus habet dispensari, vel fieret actus similis. De acceptatione nõ affirmo, licet Imo. hîc quo ad iã specificata fateatur cũ alijs, acceptatio nẽ esse principiũ aptũ ad perpetuandũ. Cogitabis. ¶ Fallit tertiò ista materia: nisi facta fit ista citatio ad exprimẽdas res, vel personas: quia tunc est perpetuata iurisdictio in omnibus contentis sub cla generali. Prædicta verò procedũt, vbi est citatio sup̃er re expressa in rescripto. Ita But. in. d. ca. licet. viij. co. ibi, pone datus est delegatus. & Imo. in. vij. col. ibi item subintellige. ar. l. fin. C. de anna. exce. Et ista fallẽtia securior est, quã prꝫcedẽs: qa citatio ipsa est apta perdurare vltra hoc, ꝙ est actus communis omnibus inclusis sub clausula generali. Et rationem assignat Do. in. d. c. licet. iiij. col. quia ex quo citatio nõ dirigitur magis ad vnã causam, quã aliã ex inclusis: ista locutio in definita comprehendit oĩa. c quia circa. de priui. Facit c. cũ plures. in fi. de offi. dele. in. vj. vbi per actum vnius ex delegatis perpetuatur iurisdictio quo ad omues colligas. ¶ Fallit quartò: Nisi citatio esset facta super vna re vel de persona aliqua ex contentis sub clausula generali. quia censet perpetua iurisdictio quo ad alias res & personas, cũ sit tota vnica iurisdictio quoad illos vniuersaliter cõmissa. Ita But. & Do. in. d. c. licet per. l. scire debemus. ff. de verb. ob. vbi, si est vnica cõceptio stipulationis cõtinens sub se plures res, etiã separatas, cẽsetur vnica stipulatio. Puta, si quis promittat omnes seruos suos, licet secus, quando res exprimuntur in stipulatione: quia tũc censent esse tot stipulationes, quot res. Contrarium tenet Imol. in. d. c. licet. viij. col. & hîc: quia fortiter obstat d. c. fi. & d. c. ne aliqui. à speciali. Vnde sicut nõ durat potestas delegati ad vniuersitatẽ causarum quo ad nõ cœpta: quæ tamen cõprehendebantur sub clausula generali: ita nec hîc. Respõde ad. d. l. scire. ꝙ nihil attinet ad præsentẽ materiã, quia illa censetur vnica stipulatio quo ad effectũ, de quo dicit ibi Bar. ſ. ꝙ res contenta in stipulatione non intelligitur esse specialiter promissa: ne propriè peti possit: vt promissa, sed tanquã inclusa in ipsa stipulatione. Sed tamen clausula generalis de qua hîc, licet fit sub vnica conceptione cõprehendens plures per sonas, tamẽ ex quo sunt specificatæ perpetuatio facta in vna, non operatur in alijs: vt etiã satis videt expressum ꝫ. e. c. significauit. secundum eũ. ¶ Fallit. v. & vltimò. Ni fi commissio generalis ad plura cõcernat vtilitatẽ Apostolicæ sedis: quia perpetuatio in vna operatur in alijs. Sal. in. l. mandatum. viij. col. ibi, oppono octauò, per. l. si quis mancipijs §. si impubes. versicu. quemadmodum. ff. de insti. Vbi mandatum institoris à tutore constituti. & sic ab officiali durat tutore mortuo, quia semper ¦ agit nomine pupilli. & ad eius vtilitatem. vnde ipse pupillus facere dicitur. Ita etiam in iurisditione demandata, à Papa ad vtilitatem sedis Apostolicæ. & super illo §. fi impubes. est fundata, dispositio dicti. c. ne aliqui. quia extirpatio hæreticorum concernit id, quod est proprium Iesu Christi & consequenter eius vicarij. Et ista intelligentia ad illum tex. est subtilis & canonistis incognita, secũdum eum. Et subdit, ꝙ vbi cõmissio fieret nomine Apostolicæ sedis, non expirat mortuo Papa, per. c. si gratiosè. de rescri. in. vj. iuncto. c. quoniam Abbas. de offi. deleg. Et firmat Bal. ante eũ in. l. more. iij. colũ. ibi, tertiò quæro. ff. de iurisd. omniũ iudi. ¶ Ex his infert Salice. ꝙ mandatum Regis, vel alterius domini temporalis, qui iurisdictionem transmittit ad posteros, iuxta no. de voto. c. licet. non expirat mortuo: quia successor videtur eadem persona cũ defuncto: qui videtur mandare nomine dignitatis. Et idem Bal. ibi subdit, etiã Sali. ꝙ si comes Romandiolæ, vel Marchiæ ex sua iurisdictione faceret officialem, cui dedisset vniuersalem iurisdictionẽ contra turbantes pacificum statũ prouinciæ: ꝙ eo mortuo, vel aliãs officio functo, nõ puniretur iurisdictio inchoata in persona illius, etiã in causis inchoandis. Quæ omnia diligenter no. tanquã alibi nõ reducta. & de ipis interrogaberis quoties eueniet casus mortis Papæ. vt expertus sum. ¶ Vltimò vide Rotã. de do. & cõtu. xviij. in nouis. Itẽ si impetretur, vbi volũt ꝙ iudex datus contra Titiũ & alios, quorũ interest, potest in prima citatione verificare nominatim illud genus, sed nuntius non, etiam si auditor det ei potestatem verificandi: quia in illum nominandum non habet iudex iurisditionem ante suam cõminationem. ergo processus factus contra illum non valet consequenter nec citatio, quæ est de processu, vt ibi per eos latissimè. & sequitur Lud. consi. ccxlij. quo ad primum. vlt. col. Vbi etiam consuluit, ꝙ delegatus datus cum clausula, vel aliãs sua interesse putans, si citat sic simpliciter illos, quorum interest, nullo nominato, citatio non arctat illũ, qui est in possessione: & impetrator præsumitur verosimiliter hoc scire.

a ¶ Per solam. Adde tu, ꝙ do. Abb. hîc in isto. §. quoniam. in fi. qui dicit, ꝙ si expressio personarũ fit sine citatione, non est iurisdictio perpetuata, tenendo maximè ꝙ index nullum actum iurisdictionalem exercuerit in expressione personarũ. & sic tenet ipse, ꝙ iurisdictio nõ ꝓpetuatur, nisi per citationem. Idem tenet hic Innocẽ. Io. And. contrari. opi. tenet Areti. hîc in. c. cũ in multis. de rescri. in. vj. & malè.

a ¶ Rei. Adde idẽ tenentem do. Soci. suo cõsi. ix. in ci. prosequendo opinionem. ver. quod etiam probatur: quia verba in prima parte. char. x. & cõsi. xlvij. inci. in primo præsentis consultationis. ver. præterea magis. circa me. in. d. parte char. lxxxix.

b ¶ Subreptio. Ad de ꝙ rescriptũ habens plura capitula separata, si cõmittitur vitium in vno, totũ corruit, & vitiatur. Ita Bal. in. c. ad audientiam, de rescrip. And. Barb. in consi. suo inci. scripsit præclarè magnus Ecclesiastes. in. v. char. vi. de Iasonẽ May. præceptorẽ meũ in. l. præscriptionem. in. xxij. co. C. si cõtra ius vel vti. pubi. Adde do. Abb. in isto c. j. ij. col. qui aliter tenuit. Sed postea in. c. super literis. e. ti. aliter dixit, quem videas in. iiij. col. in ver. ij. principaliter quęro.

SVMMARIVM.

1 *Clausula generalis, quidam alij, & res aliæ: multitudinem effrenatam non includit: nec personas: nec res maiores expressis sed pares: vel minores. in prin.*
2 *Subreptio in vna parte non vitiat regulariter rescriptũ in alijs. Ista regula patitur quinque fallentias.*
3 *Clausula generalis sequens specialiter præmissa restringitur regulariter ad ea, quæ sunt similia expressis, non ad diuersa. Concessio generalis, an comprehendat ea, quæ competũt ex priuilegio. post nu. 3. ver. Quod in generali concessione.*
Venditor, si rem dicit liberam ab omnibus decimis: an intelligatur de ordinarijs, vel extraordinarijs. post numerum. 3.
4 *Literæ ad præbendas non comprehendunt præbendas sacerdotales.*
5 *Genus, si simpliciter exprimitur sine aliqua specie, veniunt omnia, quæ comprehendi possunt sub illo genere.*
Clausulæ generali, si adijciatur aliqua dictio ampliatiua de sui natura, veniunt maiora expressis. post numerũ. 5. ver. sic. Secunda declaratio.
Clausula generalis vni non est indefinitè prolata post speciem. Sed cum signo vniuersali veniunt maiora. post nume. 5. ver. Quarta declaratio.
Domus de suo proprio significato accipitur ad habitãdum post nu. 5. ver. Similiter dicit: & ibi in margine.
6 *Alius dictio de suo proprio significato comprehendit similia.*

CAP. XV.

rem in aliquibus bonis: incurritur pœna mouendo ei controuerſiam in iudicio. Inducit gloſſ. Barto. & Imo. in.l.Lucius.§.tres hæredes.ff.ad Trebel.& Pau.conſilio cxc.antequam veniam ad dubia & multa alia. ¶ Et iſta omnia repone tanquam hîc prima vice coadunata. Nec inficior,quia pro concordia prædictorum magis quadrata,opus eſſet maiori otio, quàm mihi concedatur à quotidianis lectionibus,in quibus ſequens ſtimulat prę cedentem,& materia materiam abbreuiat: vt fiat proceſſus ab omnibus deſyderatis. ¶ Conſydera duo circa dictum Compoſt.Primò,quòd reſponſio Imo.ad illud obiectum,quòd non videantur verba operari: non videtur ſufficiens, quando vltra collationem inualidam non eſſet ſecuta aliqua poſſeſsio. Tunc enim adhuc videntur dicta verba nihil operari. ¶ Conſydera ſecũdò: quòd de collatione nulla, non eſt opus facere mentionem.dixi ſuprà eodem. c. extenore. Ergo ſi ſupplicans & concedens facit mẽtionẽ de collatione: videtur cogitare de illa,quæ poſſet obſtare:& ſic de valida,nõ aũt de inualida,tanquã de ea quæ nõ obſtat.Item non eſt opus cõiecturari,quæ præſumatur mens loquentis,poſtquã expreſsè derogat alijs collationibus.Et ideo quando vltra primam collationem inualidam ſecuta eſſet poſſeſsio,bene procederet dictum Cõpo.Aliâs autem in puncto iuris reputo ipſum pro dubitabili. Sed quia non habet contradictorem,quem viderim,non eſſet ab eo recedendum in practica.& huic motiuo reſpondebitur j. in fi.ibi,& dum ſuprà.

26 Clauſula anteferri † non præiudicat illis,quibus eſt ius quę
a ſitum.[a] Compo.hîc,dicens de mandato Papæ ſe ita pro nuntiaſſe in cauſa Mediolanenſi. Tamen curia ſeruat, ꝙ præferuntur prioribus, quibus eſt ius quæſitum ad rem non in re.& ſequuntur hic Ioan. And. Butri, Imol. Domi.in.d.c.poſtulaſti.vbi pro iſto ſtilo no.c. penulti. de præben.in.vj.vbi expectans erat receptus in canonicum:per quam receptionem ſequitur ius ad rem.cap. ſi clericus.de præben.eodem libro.& capi.fin.de conceſ. præben. eodem lib. & tamen illi recepto nocet clauſula anteferri. ¶ Similiter Cald.in iſto tit. conſilio.viij.ad fin.& Lud.cclvj.approbo ſententias.latè probant,quòd clauſula,dummodo non ſit alteri ius quæſitum: præſeruat habẽtes ius in re:ſed derogat habẽtibus ius ad rem. & multa allegant de quibus per eos. Idem Domi. poſt Ioannem Andræ.in.d.c.ſi.in ſi.princip. Et dicit Cardi. conſilio.lxij.caſus ſuper quo iuris conſilium petitur.in ſi.quòd non dicitur ius quæſitum in beneficio,per quæ cunque facta citra collationem, etiam ſi petitum ſit ab executore,vt conferat:per quam tamen petitionem dicitur acceptare.cle.j.§. ſecus. de conceſ. præben.inducit ad hoc.c.ſi.in ſi.de conceſ.præben.in.vj.& no.Imo.poſt Card.in.c.inter cætera.iiij.col. de præben. ¶ Sed Rota de præben.xvj.deciſi.in nouis. & de conceſ.pręben.xxiij.ſi aliquis.in antiquis,vult,ꝙ.d.clauſula,ſi non eſt alteri ius quæſitum:nihil operetur circa ius quæſitum per ſolam acceptationem expectantis:quia alia vice obtinebit ex eadem gratia.ſecus in iure quæſito ex electione, vel proteſtatiõe:quia in totum & perpetuò eſſet excluſus.quod non præſumitur de mẽte Papæ.Idem no.Egi. concluſione.clxvij.per illa verba,dicens ꝙ per dicta verba non conſeruatur ius ad rem:dummodo ſit queſitum ex acceptatiõe:quia ita obtinuit obſeruatio palatij apoſtolici.Secus de iure ad rem alio modo queſito:puta electione,aut patroni præſentatione:quia illud non tollitur ſed præferuatur.allegat Compo.hîc. Ad idem vide Do:in.c.quã ſit.§.j.de elect.in.v.vbi.d.per illum text. ꝙ impetratio non faciens mẽtionem de electione alterius non valet:cum Papa non intendat tollere ius alterius.c. quãuis de reſcrip.in.vj. Et pro prædicta differentia vi-
delicet,an ſit expectanti quæſitum ius ſolũ acceptatiõe & tunc collatio Papæ etiam ſequens, tollat illud ius: an verò ſit facta expectanti collatio.& tamen collatio, vel reſeruatio Papæ non tollat illud ius, etiam ſi fiant eadẽ die, qua fuit facta collatio.vide quæ dixi in. c.capitulũ. fol.pe.ver.& de duabus collatiõibus factis eodẽ die&c. j.eo. Et ad hæc vide etiã Rotã.de conceſſ.pręben.deciſ. viij.vnus Innocentianus.in antiquioribus. vbi videtur mirabiliter limitare prædicta:niſi gratia habens clauſulã anteferri fuiſſet impetrata, poſtquã primus iam acceptauerat vacans:quia licet ſecũdo prouideatur antequã prouideatur primo:tamen nõ valet prouiſio facta ſecũdo.ſed Rota ibi voluit cõtrarium, exceptis tribus auditoribus:mota per dictũ Io.An.hîc ſuper gl.ſi.quod.5.retuli. ¶ Conſydera duo. Primò,ꝙ verba Cõpo. & ſequacium hîc bene probãt ſimpliciter,ꝙ etiam iuri ad rẽ nõ videatur præiudicari.& iſtud limitabitur,niſi ſit quæſitum ex acceptatione propterRotã in dictis. Poſteà ſubdit Compo.& alij,ꝙ in curia intelligitur eſſe derogatũ iuri ad rẽ.Sed Rota in dictis locis videtur præſuppoere ꝙ imò ſtilus curiæ nõ ſit:prout dicit Cõpo. ex quo firmat,ꝙ etiã de iure ad rem nõ ſit cogitatum:nec ei præiudicetur,niſi ſit ex acceptatione expectãtis.& iſtud notquia valde quotidianum. ¶ Secundò cõſydera. Quòd ſi beneficiũ eſt iuriſpatronatus laicorũ,non eſt neceſſaria hæc inueſtigatio:quia etiã ſi laici nondũ præſentaſſent, literæ Papæ non nocerẽt eis.vt per gl.&Firmi.Dominicum.in.c.ij.de prębẽ.in.vj.Et poſui in tractatu meo de importantia literarum Papæ quo ad patronos.Procedunt aũt iſta in patronatu eccleſiaſtico,vel vbi literæ a ¶ Ius quæſitum. Adde Bar.Cepo. in tit.de ſeruit.vr. prædio. C. de aquæductu.iij. q. Phi.& Alex.con. filio.xxxiiij.iiij. parte. Papæ derogarẽt patronatui laici. ¶ Conſidera etiam in prædictis,ꝙ imo clauſula anteferri videtur derogare iuri ad rem. Patet ex.c.pe.in prin.de prębẽ.in.vj.vbi iuri quæſito ex receptione derogatur.& illum tex. pro caſu notat Do.poſt Io.An.in.d.c.ſi.§.j.eo.ti.& li. Dicunt ali qui eſſe ſpeciale in clauſula anteferri:ſecus in clauſula,ſi non eſt alteri ius quæſitum.& ita intelligunt deciſiones Rotæ prælallegatas. Sed non guſto hanc differentiam: cum nũquã præſumantur alteri præiudicari verba reſcripti. Et fortè poſſet dici dictas deciſiones procedere, etiam vbi clauſula anteferri. Non obſtat.c.pe.prælleg. quia poteſt dici,ꝙ loquitur in iure quæſito ex receptione:quia tunc nocent dictæ clauſulæ. Nec mirum. quia qua ratiõe dicit Rota prælallegata præiudicare acceptationi,ſcilicet,quia nõ eſt pro alia vice excluſus: eadẽ ratione dicemus præiudicari receptioni.& hoc no. ¶ Cae etiã,quia illa ratio,ꝙ nõ ſit excluſus pro alia vice,eſt cauillabilis:cũ gratia poſsit annihilari per reuocatorias generales,quas de expectatiuis facit Papa, maximè nouus. Niſi dicas,ꝙ hoc dependens à cauſali motu principis,non habetur in conſideratione. Inn.in.c. paſtoralis. in princ. de cau.poſ.cũſi. Item in dicta clauſula,ſi nõ eſt alteri ius quæſitum:dixi aliquid j.eod.c. ſuper literis. in quinta regula. Item de dicta clauſula anteferri poſui. v. nouas concluſiones j.eo.c.capitulum.viij.colum. verſi. de hac clauſula anteferri. ¶ Vltimò vide Abb.de procura.c.ex inſinuatione.iiij.colum.vbi allegat aliud notabi
87 le dictum Compoſt.hîc,quod ibi vide. ¶ †Et dum dicit hîc But.in notabilibus per iſtum text.quòd clauſula appellatione remota,operatur in incidentibus: ſi cut in principali. Dic quòd iſtud procedit in caſu huius text. vbi comiſsio ſpecificat de incidentibus. aliâs autem dic contra Butri.quòd ſi remouetur appellatio à diffinitiua,non eſt remota ab interlocutoria, nec ecõntra. Et idem de incidentibus. Sali.in.l.fin.C.de ſenten. Imol. in l.j.xxxiij.colum.ff.à quibus appellare nõ licet. Phil.dec. in.c.paſtoralis.in princi.in.j.quæſtione.de appella.quia ex ſeparatis nõ infertur.l.ſi.ff.de cal.& in reſcriptis odioſis nõ fit extẽſio etiã à maioritate rõnis. Hoſt j.e.c.poſtu

laſti. & ibi dixi. Idē ſi ſimpliciter remouetur appellatio
à ſentētia alicuius iudicis: quia intelligit̄ de diffinitiua tā
tū: cum appellatione ſentētiæ nō veniat interlocutoria.
gl.in.c.cū olim.de teſti. Et ita latè firmat Gul.de cu.in.l.
ſi ex cā.§.nunc videndū.ff.de mino. quē ſequitur ibi Alb.
poſt prin. vbi vide. Et trāſit etiā Bal. ibi inferēs, q̄ ſtatu-
tum tollēs appellationē, intelligitur quo ad deciſionē li
tis ſecus in interlocutoria, vel emergentibus. Idem do.
in.c.inquiſitionis. in prin. de hær. in. vj. & pulchrè Phil.
poſt iſtos in.d.c. paſtoralis. in prin. in. vj. q. limitans poſt
Abb. Niſi ſtatutū diceret, q̄ à poteſtate, vel rectore nō
poſſet appellari: quia intelligitur de qualibet eius ſentē
tia. arg. l. j. de offi. præfe. præto. Et ita dicunt cōſuluiſſe
Bal. & illud conſilium cōmemorat etiam ipſe Bal. in. d.
l. j. in prin. ff. de offi. præfe. præto. & Car. in. c. vt debitus.
prope fi. de ap. Sed ſi ſtatutū diceret, q̄ à ſentētia poteſta
tis nō poſſet appellari: tunc intelligitur ſolū de diffiniti
a uaª ſecundū eū. poſt Bal. Intellige, niſi ratio ſtatuti mili-
taret, etiā in interlocutoria. ſecūdū Be. de plū. in. l. etiā.
§. abſens. ff. de manu. vin. propter gl. in Cle. j. in verbo,
ſentētias. de re iud. & ſequitur Ale. in. l. j. ad fi. prin. ff. qđ
quiſ. iuris. Si tamē ſtatutū dicat, q̄ in certis cauſis non li
ceat appellare: includit etiam interlocutoriā. Philip. in
c. interpoſita. §. ille. v. col. ver. ſed certè. de app. mordens
verba Bal. in. d. §. nunc videndū. inducit Bar. in. l. ſolent.
ff. de ali. & ci. le. Et pro dicto Bene. poteſt induci, quod
no. Bal. in. l. j. iij. col. C. ſi de momē. poſ. quem prope re-
feram. Ad idem conſi. Pau. xxiij. dum latè probat ſtatu-
tum Paduanum loquens de ſentētia habere locum, etiā
in interlocutoria ob omnimodam paritatē rationis. Et
de hoc, quādo appellatione ſententiæ veniat interlocu
toria: dixi aliās latius in rubriĵ. de re iud. v. col. ver. ſcias
etiā. & cum dicto Gul. in. d. §. nunc. tanquā mirabili tran
ſit etiam Bal. in. l. j. in. iij. col. C. de ſen. licet Bal. ipſum re
probet in. l. j. in. iij. col. C. ſi de momē. poſ. quia intelligi
tur remota appellatio ab omni eo, p̄ quod peruenitur
ad negocium principale. ar. l. oratio. ff. de ſpon. Quæ ra
tio poſſet procedere, quando eſſet per omnia eadem
ratio in interlocutoria. vt dixi. ſ. Et dum ſuprà dubita-
ui de dicto Cōpo. circa collationem inualidam: reſpon
de illi motiuo ex verbis Imo. hic, q̄ ſemper Papa cogi-
tat de poſſeſsione colorata, quando dicit, non obſtante
collatione alteri facta. vnde licet poſſeſsio non fuerit a-
depta, tamen animus ſuus non fuit circa infringendam
collationē validā: ſed p̄uidere circa collationē; quā ſe-
quuta eſſet poſſeſsio. Et vult Imo. q̄ ī caſu. c. cū noſtris.
de cōceſ. præbē. ſufficiat facere mētionē de collatione,
etiam ſi nihil dicatur de poſſeſsione. quod nota.

a ¶ De diffinitiua. Adde Flo. in. l., p̄ inde. §. notādum ad legē A qui. & Bald. in additi. ad Spe. in tit. de ſen. in. ij. col. ver. noīe ſententiæ. & Ale. in. l. ij. de appel. reci. & in ſuo conſil. in. ij. parte vbi loquit̄ ſingulariter. Et adde Ang. in repe. in ver. arbiter, ſi ex forma ſtatuti. vbi ſingu. & i. l. ſi fic. in pri. de leg. j. & in. l. ſtipulationes nō diuiduntur. de ver. obliga.

SVMMARIVM.

1 *Impetratio facta in eccleſia numerata, nō valet non facta mētione de numero, ſi per eam frangatur numerus canonicorū & proceſſus inde factus, eſt nullus in prin. Iunge. nu. 2.*
2 *Statuta iurata non tolluntur per generalem derogationem ſtatutorum.*
4 *Papa ſi abſoluit aliquem à promiſsione iurata, non valet: ſi non fuit facta mentio de iuramento. Cum alijs limitationibus immediatè ſequentibus.*
5 *Actus iuratus, ſi concernit tantū reuerentiam Papæ adhibendam in actu, per generalem clauſulam tollitur iuramētum.*
6 *Item ſi Papa prouideat de beneficio vacante in curia: vel de reſeruato: quia in talibus collationibus per generalem clauſulam derogationis tolluntur etiam ſtatuta irrata.*
7 *Item ſi vltra clauſulam, non obſtantibus ſtatutis: ſit etiam clauſula, motu proprio.*
8 *Motus proprius non inducit diſpenſationem, quando obſtaculum eſt tale, quod exigat diſpenſationem.*
9 *Authoritas Papæ eſt excepta regulariter in iuramēto. & n. 15.*
10 *Beneficium manuale collatū per Papā, an efficiatur perpetuū?*
11 *Sacerdos ſi fecit votum, quòd nunquā iurabit: & poſtea compellitur ſe purgare, vel dicere veritatem ſuper contractu debet iurare.*
12 *Iudex, ſi ex cauſa iuſta præcipit alicui, ne ſoluat: non incidit in pœnam appoſitam in pœnam ſolutioni meæ.*
13 *Papa nō creditur velle vti authoritate excepta: niſi exprimat.*
14 *Iuramentum de non petenda diſpenſatione, an valeat.*
16 *Papa, an poſſit diſpenſare, quòd credatur teſti non iurato.*
17 *Papæ quando ſunt duo contēdentes de papatu: tunc nullius authoritas eſt excepta.*
18 *Papa qualem & quantam habet poteſtatem ſuper iuramento. Epiſcopus, quando poſſit diſpenſare ſuper iuramento. vide remiſsiuè poſt nu. 18. ver. quando autem.*
19 *Dominium iurium capituli non eſt conceſſum capitulo: ſed ſola adminiſtratio.*
20 *Papa, an poſſit dare licentiam clerico teſtandi de bonis acquiſitis intuitu eccleſiæ.*
21 *Subreptio opponenda contra reſcriptum, infra quantum tempus poſſit, vel debeat opponi.*
Derogatio generalis non extenditur ad confirmata per principem. vide poſt. 21. verſi. Conſydera. iij. habes annotatum in margine.
22 *Papa ſi ſcribit de præbenda, vel eccleſia vacatura, venit etiā eccleſia vacans tempore datæ.*
23 *Conſuetudo, quòd epiſcopus poſſit creare canonicum pro ſuo iocundo aduentu, valet etiam ſi numerus ſit taxatus.*
24 *Statuta taxantia numerum in præiudicium expectantium, an valeant.*

CAP. XIX.

1 Conſtitutus. ¶ † Non valet impetratio facta in eccleſia numerata, nō facta mētione de numero, ſi per eā frangatur numerus canonicorū: licet nō frangat numerus præbēdarū: & proceſſus inde factus nullus eſt. h. d. ¶ Inquantū ponit Abb. cui incūbat onus p̄bādi, an impetrāti: an verò opponēti, qñ agit de ſubreptiōe reſcripti. & ſequtur cōcluſi. Io. An. in c. j. vt li. cōt. in. vj. & cū eo trāſit hic An. Sicu. Adde Imo. ĵ. eo. c. ſup lr̄is. vlt. char. vbi ſolus latè p̄ſeqūt hīc cōcludēs duos caſus. Prim⁹ in reſcriptis ad lites: & tūc ſi exceptio reſpicit merita cauſæ, ſiue opponat̄ in vim dilatoriæ, ſi ue peremptorię, opponēs habet p̄bare. Et idē, ſi opponit dilatoria, non afficiēs principale negotiū: puta excōicatio impetrātis, vel taciturnitas primi reſcripti: vel q̄ de cōſenſu ptiū: qa in iſtis reⁿ in exceptiōe fit actor. ¶ Secū dus caſus eſt in lr̄is ad bn̄ficia: & tūc ſi qs excipit, q̄ impetrator expreſsit falſum, habet impetrās p̄bare narrata: qa excipiēs negat: ſicut ēt debitor negat pecuniā fuiſſe numeratā. l. iij. C. de nō. nu. pe. ¶ Si verò excipit, q̄ ta cuit verū: tūc excipiēs habet p̄bare: qa allegat dolū impetrātis: ergo ip̄m habet p̄bare. c. ij. de renū. in. vj. l. quoties. §. q dolo. ff. de p̄ba. tn oī caſu voléti p̄bare, mos gerit. p. c. ſup hoc. de renū. ſecūdū ip̄m latius. ¶ Adde etiā Cal. de p̄ba. cōſ. x. vbi in p̄poſito ponit plures claras doctrinas: ſubdēs inter alia, q̄ vbi ſimplr̄ dicit nō eſſe vera narrata: tūc ille p̄bet veritatē, vel falſitatē, in cuius intētiōe venit veritas, vel falſitas narratorū: niſi intētio ſua iuuet p̄ſumptiōe iuris, vel facti natura, vel qualitate. Et ſubdit, q̄ dicēs bn̄ficiū eſſe tenue & reditus diminutos, habet onus p̄bādi. In quo vltimo vide ēt Ang. cōſi. mihi. cclxx. Bonifacius. ad fi. qa ſecūdū eū, non p̄ſumit̄ prīmoniū diminutū: niſi p̄betur. Ad hoc dicit ſpeciał̄ eſſe caſum expreſſum in aut. de æquali. do. ibi. q̄ p̄bet à patre fortuitū dānū. Et idē Car. in. c. fi. ij. col. de p̄ſump. qđ bn̄ no. p̄pter quoddā cōſi. Alex. qđ allegaui. ſ. e. c. ad aures. ad fi. dū voluit, q̄ teſtes deponētes de valore, debeāt p̄bare de valore tp̄e impetrationis. & nō ſufficit dicere de valore hodierno. ¶ Adde ēt Abb. in. d. c. fi. iiij. col. de p̄ſum. vbi ſequtur dicta Io. An. Ab. in. d. c. j. quē etiā latè ſequitur ibi Do. in. iiij. col. ¶ Et adde Inn. in. c. ex parte. Io. j. poſt prin. de priui. vbi dicit, q̄ quādo conſtat de re, cuius cauſa, vel demonſtratio dicit non eſt opus proba re demonſtrationem: niſi eſſent talia, ſine quibus literas non habuiſſet. Et ſequuntur multi, quos dixi. ſ. eod. c. ij. ver. fallit. iij. Et vide omnino Old. conſi. cclvj. Clemens Epiſcopus. vbi latè probat, q̄ qui obtinuit diſpenſationem allegando certas cauſas tenetur probare eas. Et idē Abb. in. c. quia circa. ad fi. de conſan. & affi. ¶ De materia ponit etiā Io. An. in Spe. de clā. deſpon. in ru. Et Spe. de exce. §. nūc videndū. iiij. col. ibi licet aūt ſecundū præmiſſa. & Abb. in. c. ſi clericus. vlt. col. de fo. cōp. Et ibi ponit, an ſufficiat probatio ſummaria in iſto iudicio, qđ fit ante lit. conteſt. & cōcludit, q̄ non contra But. ibi. de quo p̄ Bar. in. l. præſcriptiōe. pe. col. C. ſi cōtra ius. ¶ De mulcis alijs caſibus plerunq̄ dubitatur, cui incūbat probatio. & aliquos ponit Lud. in. l. in illa. xiij. col. ff. de ver. ob. in quo habes cōſyderare, quādo pro aliquo fit præſumptio: & tunc nō tenetur probare. & qui ſint iſti caſus, in quibus præſumitur: vide multos per Bart. in tractatu de præſum. & per Ni. Miliū. in verbo præſumitur. & Lu. in. l. ſciēdū. de ver. obli. & dixi aliās per plures remiſsiones in. c. iij. de proba. quærēdo de plurimis. q. cui incūbat onus probādi. ¶ Circa intellectū gl. primæ cōclude, quòdſi canonicatus vacaſſet de præſenti: vel Papa mādaſſet prouideri de primo vacaturo, nō haberet locū iſte tex. quia nō frāgeretur numerus. & in hoc concordāt oēs cōtra Cōpo. Et dicit Io. An. hīc: q̄ de numero præbēdarū tacitè fuit facta mētio: inquātū Papa mādauit prouideri de proximè vacatura: cū in eccleſia non numerata nō ſit dare vacationē præbēdæ. c. dilecto. de præben. & c. ex parte Aſtēſis. de cōceſ. præben. Nō tamē per hoc eſt facta mentio numeri canonicorū: quia pōt eſſe numerata vtroq̄ modo, & etiā quilibet eorū tātū. Diceretur aūt fieri mentio de vtroq̄ quando mādaret prouideri certo canonicorū numero, nō obſtante mandato cōferri primā vacaturā, ſecundū omnes hīc. Et cāue, quia ſi fuiſſet facta mentio de numero canonicorū, & nō de iuramento non ſufficeret: vt infrà dicetur. Tacuit ergo hic duo: numerū ſcilicet & iuramentū. & quæ
2 libet pars nocuit. ¶ Dum aūt dicūt omnes: † quòd impetrans cū derogatione numeri licet eccleſia non ſit numerata nō impetrat nulliter: per iſtū text. vbi fuit facta mētio numeri præbēdarū tacitè. Et ſi ſtatutum nō præceſsiſſet literas, iſte obtinuiſſet. Profectò iſta inductio pōt ſic euitari: quia nō dixerat de vtroq̄ numero. & poſſibile eſt, q̄ hic eſſet taxatus numerus præbendarū ante literas, & nō canonicorū. vnde non patet clarè, q̄ eccleſia nō eſſet in totū non numerata. Tāmē cōcluſio eſt vera: vt latè per gl. magnā. in. c. fi. de conſuet. præbēn. in. vj. quæ eſt multum no. ſecundū Bal. in. c. Cumana. j. col. de ele. Nō enim apponitur cła ad reſtringēdū, ſed vt addat robur, ſecundū eū. Adducunt etiā pro ea doc. aliā ratione: quia ſi Papa intēdit prouidere in eccleſia numerata, fortius in nō numerata: licet Imo. in. d. c. fi. teneat cōtrariū: quia in talibus nō arguitur à fortiori. c. cui de nō. de præbē. in. vj. Sed dicit Do. in. d. c. fi. hīc eſſe caſum, p̄ illa gl. quę tn̄ per iſtū tex. limitatur hoc mō: quia ſi numer⁹ nō erat determinatus: nec tp̄e impetrationis, nec tēpore receptionis. Tūc ſtatim recipitur in canonicū & habebit portionē, ſicut alij: niſi obſtet exceptio pauperta tis: vt dicit ibi gl. Sed ſi tēpore impetrationis nō eſt numerus determinatus & tēpore receptionis eſt determinatus valebit impetratio: ſed nō recipietur ſtatim & expectabit proximò vacaturā. Nō reſpōdent iſti ad dictū e. cui de nō. ſed patebit reſponſio ex dicēdis ĵ. c. proxi. iij. col. q̄ ibi fuit expreſſa qualitas cā taxationis, vel limitationis. & tunc non arguitur à maiori: ſecus ſi cā demonſtrationis & nō exprimitur hīc numerus cā taxationis.

¶ Adde etiam iſtis Lapū. alleg. xiiij. vlti. col. vbi vult, q̄ ſi mandatur prouideri de canonicatu, & præbēda cum vacauerit: licet non ſit numerus præbendarū. Et ſecundum vnam opinionē de p̄ebenda prouideri nō poſſit: tamen prouidebitur de canonicatu. & alia vice habebit portiones. Nec eſt reſcriptū ſubreptitium inquātum dicit de vacatura: quia potius habet defectū inclusionis: ſicut ſi impetrarē, vt prouideret mihi in aliqua eccleſiā rū diœceſis nō venit cathedralis nō vitio ſubreptionis: ſed quia non includitur. c. quāuis. lo. j. de præben. in. vj.

3 Statuta iurata † nō tollūtur per generalem derogationem ſtatutorum. Hanc regulā probat notabiliter iſte tex. & firmat gl. in c. cū non deceat. de elec. in. vj. ad fi. & facit gl. in Clemē. dudum, in verbo pacta. de ſepul. dicens, q̄ diſpoſitio tol
a lens ª pacta, nō tollit pacta confirmata. quas gl. notat Lū. fing. viij. Et dicunt Butr. Abb. & Imo. in. c. j. de his, quæ fiunt à maiori parte ca. q̄ nō eſt veroſimile, q̄ ſuperior tollens ſtatuta cogitet de ſtatutis iuratis. Et de illis gl. fa cit ſolennem mentionem Ale. conſi. mihi. ccj. viſa petitione Antonij de Roma. vbi ſemper vide. & in alio con ſilio, quod allegaui in. c. nonnulli. in prin. vēr. x. concluſioĵ. eo. ¶ Similiter dicit Pet. de Anch. conſil. mihi. cccviij. niſi legibus & canonibus. &c. q̄ † conceſsio Papæ abſoluens aliquem à promiſsione, quam fecerat per pactum iuratum, non valet, ſi non fuit facta mentio iuramenti. & multa ad hoc inducit. Similiter dicit Lud. conſil. ccclxxix. circa primum. in. iiij. colum. q̄ taciturnitas iuramenti inducit gratiæ ſubreptionem. per tex. apertū hīc. Et licet loquatur de iuramento tertij: & tacet impetrans: nihilominus idem à fortiori de iuramento ipſius impetrantis. allegat gl. in verbo, finita. in. c. j. de litis contēſt. in. vj. iuncto textu ibi. Similiter Alexā. conſilio mihi. cccxlv. viſis his, quæ narrantur. in fi. dicit, quòd ſaluusconductus datus, ne quis poſsit conueniri vſq̄ ad tēpus, non extenditur ad debitum iuratum: quia taciturnitas talis iuramenti reddit impetrationē nullam. dicit eſſe tex. optimum hīc, & facere gl. in. d. c. cum non deceat. cum qua ſecundum eum concordat Angel. in. l. j. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non datur. & docto. maximè Imol. in. c. dilecto. de præben. & Cyn. & Sali. in l. fi. C. ſi contra ius. Potiſsimè cum ſaluusconductus conceſſus præſumatur in dubio ad poſtulationem partis, & non motu proprio cap. fi motu. in fin. de præben. in vj. l. j. C. de pe. bo. ſub. lib. x. ſecundum eum, qui in iſtis verbis videtur ſentire limitationem, de quaĵ. in. iiij. limitatione. Sed de veritate iſtius conſilij Alex. diceturĵ. in. v. limitatione.

Amplia hæc, Etiam ſi ſtatutum nō eſſet iuratū à collegio, ſed ſolùm ab impetrante. Ro. de iureiurand. prima deciſ. in nouis. In quo excipiunt tres caſus. ¶ Primus, vbi gratia fit motu proprio: ſed in hoc dic, vt dicetur in quarta limitatione. ¶ Secundus: niſi ex cauſa rationabili & ſuperueniēti impetraſſet: quia in quolibet iuramento, intelligitur ſi res in eodem ſtatu permanſerit: cap. quemadmodum. de iureiurādo. bene facit capi. ij. de renun. cum concor. quas ibi dixi. ¶ Tertiò excipiunt caſum, quando ipſe non iurauit ſeruare contenta in ſtatuto, ſed ſtatuta in genere: quia cum cauſa & ſine cauſa poteſt impetrare contra eum: quia non eſt veroſimile, quòd voluerit ſe intantum arctare: quòd nunquam contra illa ſtatuta impetraret. ¶ Hoc vltimum reprobat Domi. in. c. in his. in fi. xj. diſt. quia ex quo iurauit non venire contra ſtatuta: & poſtea impetrat aliquid, quod ſit cōtra ſtatuta: certè venit cōtra iuramentum: niſi faceret ea cā nouа. Nec eſt verū, q̄ ſtetur interpretatiōi ipſius iurātis: ſed potius ſtatur cōi opinioni hominum. c. veniēs. cum ibi notatis. de iureiu. Sed ex quo iurauit ſeruare, verō-

a ¶ Diſpoſitio tollens. Adde tu, q̄ iſtę glo. probant, q̄ pacta prima iurata per nouiſſima: non tollūtur. & ſic. l. pacta nouiſſima. C. de pa. nō habet locum in pacto iurato. Et ſic multū faciunt iſtæ gl. ad legem illam ſic reſtringendā. quod not. Taciturnitas iuramenti appoſitiī in ſtatuto, pacto: vel in aliqua diſpoſitione, quā dovitiet impetrationem.

simile est, ꝙ exclușerit etiã impetrationẽ. Si enim gessis
sent tunc in corde impetrare, cõtrarium fecisset contra
vim iuramenti, in quo debet adesse conformitas cordis
& oris. de iureiur. & si Christ⁹ secundũ eum. ¶ Pro quo
bene facit l. si quis maior. C. de transa. vbi promittens
non cõtrauenire intelligit etiã cũ authoritate supioris.

Limita prædicta nouissimè quinq; modis nullibi adunatis. Pri
5 mò, † nisi actus iuratus concerneret solũ reuerentiã Pa
pæ adhibendã in actu: quia adhibita reuerẽtia satisfit iu
ramento, etiã tacito. Ita probat decisio Io. And. in c. vt
super. super verbo, concedimus. de rebus eccle. nõ alie.
Vbi dicit, quòd si Prælatus iurauit non alienare incon
sulto Romano pontifice: & impertauit Papa licentiam
non facta mẽtione de iuramẽto valet impetratio: quia
non venit contra iuramentum. Et sequitur Bald. in c. j.
ix. col. super verbo, antiquus. qui feud. dare non pos. &
hîc. ¶ Et subdit Io. An. ibi: idem si non iurauit alienare
sine licentia Titij: quia satisfit iuramẽto habita licentia
Titij. secus si iurasset non alienare sine licentia Metro-
politani. tunc enim si peterem à Papa licentiam, facien
da est mentio illius iuramenti, secundum eum. ¶ Limi
ta secundò. Nisi reuocarentur statuta per viam legis:
quia tunc tolluntur etiam iurata, secundum Domi. in
d. c. cum non deceat. quia iuramentum non extenditur
ad istum casum. arg. c. venerabilem. in fin. de elect. Nisi
iuramentum fuisset præstitum separatim de seruandis
contentis in statutis: quia tunc etiam in lege contraria,
non sufficit fieri mentionem de statuto: nisi & de iura-
mento. & in hoc concordant omnes secundũ Do. Non
obst. licet ipse non dicat. c. j. de consti. in vj. vbi sufficit
mentio statuti: quia iuramentum præstitum super con
tentis in statuto, videtur vinculum de per se: nõ autem,
6 vt accessorium ad statutum. ¶ Limita tertiò. † Nisi Pa
pa prouideat de beneficio vacante apud sedem Aposto
licam. vel de reseruato: quia in talibus collationibus ge-
neralis derogatio statutorum extenditur etiam ad iura
ta. Rota de rescri. xij. decis. nota si aliquod. in antiquis.
Et ita dicit tenere auditores sacri palatij remittentes ad
allegata, secũdum Io. An. in c. cum aliquibus. de rescri.
in vj. plus voluit Cardi. consi. xxvij. incipi. in die. &c. In
causa & quæstione. quòd clausula non obstantibus qui-
buscunq; in contrarium facientibus: tollit transactionẽ
iuratam: per dictum cap. cum aliquibus. Quod dictum
est contra prædicta: & nõ probatur ibi: imo potius pro
batur ibi contrarium, dum fit mentio de iuramento. Et
ad hanc limitationem faciũt dicta Alber. de Ro. prima
parte statu. q. cxlvij. statuto alicuius ecclesiæ. ¶ Limita,
7 quartò, † Nisi vltra clausulam, non obstantibus statu-
tis. fit etiam clausula, motu proprio. Domi. post Lap. in
c. j. pe. col. de fi. presby. in vj. quia talis clausula viuificat
formam literarum & personam impetrantem. Et quia
tunc non videtur haberi respectus ad impetrãtem, vel
ad ipsius ambitionem: sed ad scribentem, qui non arcta
tur legibus. Ideò sufficit qualitercunq; sciatur eius intẽ
tio: quę satis patet, quando motu proprio scribit ꝑ clau
sulam generalẽ; non obstantibus. ¶ Obstãt duo. Primò
quòd motus proprius non ampliat gratiã vltra inten-
tionem concedentis. sed tollit subreptionem tantũ: vt
notatur in c. si motu. de præben. in vj. dixi. s̃. eo. ad au-
res. v. conclu. Respondent Imo. & Do. in dicto. c. j. ꝙ il-
lud procedit, quando obstantia impetranti sunt indu-
cta à iure communi. Secus quando surgunt à statuto ec
clesiæ: quia sufficit tunc clausula generalis, non obstan-
te statuto: vt no. Ioan. And. in c. ei cui. super gl. j. de præ
ben. in vj. secundum eos. ¶ Quibus adde latius Domi.
in d. c. ei, cui. vij. colum. vbi post Lapum & Io. de fantu.
videtur tandem concludere, ꝙ siue sit obstaculum iu-
ris communis, siue statuti, clausula motu proprio ope-
retur hoc, quòd nõ potest opponi subreptio ex tacitur
8 nitate talis obstaculi. & sic euitatur iste tex. † Sed si illud
obstaculum est tale, ꝙ exigat dispensationem: tunc mo
tus proprius non inducit hanc dispensationem. per ca.
non potest. ij. respon. de præben. in vj. Propter quod vi
detur in proposito remanere vera dicta limitatio: cum
non sit opus alia dispensatione remoto obstaculo statu
ti iurati. ¶ Obstat secundò decisio Imol. hîc in x. colũ.
per prædicta, etiam dum dicit, quòd rescriptum conces
sum motu proprio, non derogat statutis: nisi de his fa-
ciat mentionem: quia motus proprius non operatur
cõtra intẽtionẽ scribẽtis. & cũ eo cõcordat hîc Do. cõ-
tra Bu. hîc: q̃a si Papa sciuisset statutũ fortè nõ scripsis-
set cõtra illud, nõ facta eius mẽtiõe. ar. c. j. de cõst. in. vj.
Potest dici, ꝙ Imo. & Do. hîc loquuntur, vbi est solum
clausula motu proprio: quia per illã solã nõ cognoscit,
quòd princeps velit derogare statutis. Sed Imol. & Do.
in d. c. j. loquũtur; q̃n est etiã clausula, nõ obstãtibus. q̃a
magis aperitur mẽs scribẽtis, & tollit statuta etiã iura-
ta: ex quo vult, quòd nihil obstet. Et verosimiliter credi
tur, ꝙ notitia iuramenti, nõ retardasset propriũ motũ.
quod no. licet isti non consyderauerint istas suas varie-
tates. ¶ Limita. v. prædicta & etiã istũ tex. vt habeãt lo-
cum, q̃n nõ põt prouideri impetrãti, quin frãgatur con
suetudo, vel statutũ ecclesiæ: ꝓut erat hîc. Secus, si põt
ꝓuideri absq; eo, ꝙ frangat cõsuetudo ecclesiæ. Ita Do.
post Imo. in c. fi. § fi. ibi: vltiò opp. de cõsuet. in vj. & re-
tuli. s̃. eo. c. j. ver. restringit tripliciter. ¶ Cõsydera duo.
Primò, ꝙ ex hoc põt dubitari de cõsi. Ale. præallegato:
quia tacere iuramẽtũ in illo saluo cõducto, nõ infringe-
bat vim iuramenti quo ad robur cõtractus: quia post il-
lud tẽpus nõ desinit cõtractus esse iuratus. Bene fateor,
ꝙ si fuisset iuratũ soluere ad certũ tẽpus, & saluus cõdu-
ctus elõgaret illud tempus, tacito de iuramẽto, nõ vale-
ret impetratio: quia iuramentum cõtinet duo. s. de sol-
uendo. Itẽ de soluẽdo in termino & sublato vno rema-
net reliquũ. ar. c. cũ dilecti. de do. & cõtu. Tamẽ ista elõ-
gatione termini eneruatur virtus iuramẽti. vnde impe-
tratio est subreptitia. sed secus, vbi cõtractus est simpli-
citer iuratus: ꝓut in casu dicti cõsilij. & sic in elõgatione
termini. i. in dilatione data viribus iuramẽti fit op⁹ eius
mentione: quia Princeps non præsumitur nocere alicui
etiã nocumẽto solũ dilatiuo: vt dixi in c. in nostra. xxv-
ij. corollario s̃. eo. post Do. in c. postulasti. xxvj. col. s̃. eo.
in repe. Est tamen aliquando minus differre, quã tollere
vim iuramẽti. vnde secũdũ nõ põt Princeps sine cã: sed
bñ primũ: vt dicet̃ j. ver. g̃naliter. ibi: & exceptis duobus
casibus. Et ꝙ non valeat rescriptum dans vlteriorẽ dila-
a tionẽ super debito iuramẽto[a] & ꝓmisso certo tp̃e: Sal.
post Iac. de Are. & Cy. in l. fi. C. si cõtra ius, vel vti. pub.
vbi vide. ¶ Consydera secũdò, ꝙ Imo. & Do. in c. fi. nõ
dicunt expressè, ꝙ illa limitatio intelligatur etiam si sta
tutum est iuratum: sed simpliciter, ꝙ vbi impetratio
nõ infringit statutũ, eius taciturnitas non vitiat. Vñ q̃n
materia super qua impetrat̃ est iurata, fortè debet tãdẽ
sic distingui: ꝙ aut virtus iuramẽti solũ ꝓ parte tollit̃.
licet nõ in totũ, & eius taciturnitas vitiat. Patet clarè ex
dicto Io. An. & aliorũ, in d. c. j. de fi. ꝓsby. in vj. Nã impe
tratio de qua loquunt̃, eneruabat iurm̃ ꝓ illa vice tñ. &
tñ est subreptitia. Et idẽ in casu dicti saluicõductus, q̃n
oĩa cõtẽta in cõtractu erãt iurata, & respectu tp̃is præfi
xi ad solutionẽ, eneruabat̃ iurm̃: nõ tñ in totũ virt⁹ iura
mẽti. Aut virt⁹ iuramẽti nullo mõ debilitat̃: puta, q̃n cõ
tractus est iurat⁹: & de tp̃e nihil est dictũ: & tũc tacere
iurm̃, nihil nocet cõtra Alex. in d. cõ. ¶ In casu aũt hui⁹
c. nõ solũ eneruabat̃ iurm̃ ꝓ ista vice: imo in totũ tolle-
bat̃: quia fracto semel numero, euanescit statutũ ti. ꝓce
denti. cũ. M. Ferrariensis. & ideò decisio Imò. & Do. in
d. c. si. non limitat præcisè istũ tex. quo ad iuramentum.
Sed

a ¶ Debito iuramẽto. Ad quam ma riam adde Pau. de Ca. in l. fi. ff. qui satisd. cog.

Sed etiam ipsi dicũt limitabitur regula, quæ sumitur ex isto tex.
de taciturnitate statuti nõ iurati. & si est vera, est magna limitatio
ad dictum Io. And. in d. c. j. ¶ Dices modò tu: Ergo in casu. d. c. fi.
si consuetudo optandi esset iurata, oporteret de ipsa facere men-
tionem, qđ videtur absurdum: quia si nõ fit ibi mẽtio de consue
tudine, quod est principale: ergo nec de iuramẽto, quod est acces-
sorium. Solutio: impetratio, de qua ibi, non eneruat dictam con-
suetudinẽ: nec in totum: nec in partem. sed solum restringit tem
pus optandi ad viginti dies. Et ideò etiã si esset iurata, non vide-
tur necessaria mentio iuramenti: quia illa restrictio tẽporis, non
tollit ius optandi, sed qualificat. Et ideò videtur posse attẽtari, ꝙ
ibi non probetur ista quinta limitatio. Nec fortè sit vera: & nõ li
mitabitur aliquo modo dictũ Io. An. d. c. j. & sicut est necessaria
mentio statuti, vbi agitur de totali eneruatione: ita quãdo agitur
de vnica pro illa vice tantùm super quibus omnibus bene cogita
bis: quia non reperi discussa & posita simul in cõflictu, prout vo-
luissem: & non possent esse magis practicabilia.

9
a Authoritas † Papæ[a] est excepta regulariter in iuramẽto. gl. & doctores hîc latè per. c. veniẽtes.
de iureiur. Vnde dicit Car. in suis notis causarum, nota. cix. quæ
incipit: in dubijs Comitis Albe. ꝙ comes obligatus duci Medio-
lani per iuramentum: si requiritur per Papam, à quo tenet feudũ
vt iuuet ecclesiam: tenetur ei obedire: non obstante iuramento.
Et dicit Egi. Belle. conclusione Rotę. clxxj. ꝙ citatus personaliter
coram Papa non bene se excusat: dicendo, ꝙ est adstrictus Impe-
ratori iuramento fidelitatis. Tum, quia in omni iuramento, est
excepta authoritas Papæ. Tum, quia Imperator, qui est vasallus
ecclesiæ. c. ego Lu. lxiij. dist. præsumitur vna cum suis terris habe
re deuotionem & fidelitatem ad Romanam ecclesiam. Similiter
dixit Richar. de media villa. in iiij. sententiarum. di. xxxviij. q. ix.
arti. iij. ꝙ votum de nunquã petẽdo à domino Papa dispensatio-
nẽ certi voti: nõ est obligatoriũ: quia est in præiudicium domini
Papæ. Plerũq; enim expedit, ꝙ dispẽset propter aliquod vtile, vel
honorificũ ecclesiæ. Itẽ, quia tale votũ nõ est vtile aliquid ad salu
tẽ, vel latius per eũ, quẽ sequit̃ Astensanus in sua summa. li. j. q. xx.
arti. xj. Et hoc dictũ Richar. declara, vt j. in fi. primæ limitationis
huius materiæ: ꝙ etiam in voto sit excepta authoritas Papæ: no-
tant Io. And. & Bu. de voto. non est per illum tex. Similiter dixit
Old. consi. xcvij. factum tale est: quidam Abb. ꝙ iuramentum de
nõ recipiendo monachos, intelligitur: nisi superior contrarium
præcipiat. Facit quod no. Bal. in l. j. x. col. ibi. ix. quærit̃. C. de his,
quæ pœnæ nom. vbi dicit, ꝙ iussus à testatore sub pœna: vt infra
certũ tẽpus cõstrueret monasteriũ excusatur à mora, si Episcop⁹
ex cã inhibuit, ne ædificaret in loco, de quo testator senserat, & se
q̃tur Lu. in fin. ccccclxxxij. testator mãdauit. Facit qđ no. Bal. in l.
deberi. quasi in fin. C. de fidei. liber. ¶ Ex istis sequitur corollariũ
10 notabile: † ꝙ si beneficiũ de sui natura est annale ex dispositione
statuti: tamẽ Papa põt ipsum cõferre: vt perpetuũ. Est verũ, ꝙ La
pus alle. ix. intelligit hoc etiã nõ facta mentione statuti. Sed But.
Imo. & Do. hîc cõtra istũ tex. & per id quod dicetur j. in j. limita-
tione. & idem Butr. in addi. ad Lap. in d. alle. Nisi scriberet motu
proprio, secundũ Bu. hîc, & malè, secundũ Imo. & Do. quia mo-
tus ꝓprius nõ operatur cõtra intentionẽ cõcedentis: vt est dictũ
s̃. additiõe præcedẽti in quarta limitatione. ¶ Et de hoc quotidia
no puncto, quãdo collatio Papæ de bñficio annali, vel de bñficio
manuali, faciat ipsum perpetuũ: vide solẽniter Pau. de eleza. in di
sputatiõe religioso. Fed. in tractatu permu. q. vij. But. & Imol. de
ma. & ob. c. per tuas. Car. in Cle. j. § ad præmissa. in j. q. de sup. ne.
præla. Bal. in c. illud. de ma. & obe. Ana. de hær. excõicamus. § q̃a
verò. Ab. de confir. vtili. ad nostram. ij. col. Arch. xvj. q. j. si mona
chus. But. de cõfir. vtili. c. porrecta. ij. col. Fed. cõsi. lxxxviij. pater
& domine. Cõiter tenetur, ꝙ nõ pręsumitur Papa in sua cõfirma
tione perpetuare talia beneficia: nisi cõstet, ꝙ confirmet ex certa
sciẽtia: puta, quia emanet secũda iussio, vel si facit mẽtionẽ de di-
cto. c. porrecta. vt ibi ꝑ Io. And. & Lap. alle. xxvij. disputat hîc. Et
ꝓcedit cõclusio. & si Papa nõ cõfirmet, sed conferat: quia præsu-
mitur velle cõferre, secundũ naturã beneficij. Nisi cõferat cũ cl̃a
quo ad vixeris. Ab. in d. c. ad nostrã. de quo etiã ꝑ Do. in c. præce
denti. ij. col. de offi. ord. in vj. & Car. in Cle. j. § præmissa. Et adde
Rotã de re. iij. in antiquis. vbi dicitur, ꝙ benefi
cium manuale habitũ per expectatiuam Papæ,
non efficitur perpetuum. Et de isto corollario
sic abbreuiato, sæpe interrogaberis. ad quod ad
de, quæ dixi plenius de ma. & obe. ca. per tuas.
Additio.

Amplia tripliciter dictam regulam. Pri-
mò etiã si Papa scriberet alternatiuè: puta in ca
su istius Decre. ꝙ reciperent Titium, vel darẽt
ei centũ: quia licet habeãt potestatẽ seruandi iu
ramentũ soluendo centũ: tamen propter autho
ritatẽ Papæ, est in eorũ arbitrio recipere istum
cõtra iuramẽtũ. Ita dixit Vin. & hîc & sequitur
But. & Imo. ¶ Amplia secũdò: Nedũ in autho-
ritate Papæ: sed etiã alterius superioris: quia in
pręiudiciũ suę superioritatis nõ põt inferior iu
rare. Bu. Imo. & do. hic allegant Fed. cõsi. cxcj.
in Christi. &c. Quæstio talis est: scholaris cleri
cus. vbi latissimè concludit, ꝙ scholaris existẽs
in studio, & iurãs creditori nõ exire districtum
Bononiæ ante, quã satisfaciat. & posteà per epi
scopum, si est clericus: vel per patrem reuoca-
tur: potest recedere licentia petita, licet non ob
tenta. ¶ Adde Io. An. in regula, in malis. in Mer
cu. vbi longè plenius idem firmat, exceptuatis
quibusdam casibus. Idem Imo. in c. cum contin
gat. quasi in fi. de iureiu. & Alex. in l. fi. per illum
tex. ff. qui satisda. cog. & Pau. de Cast. in l. in ope
ris. ff. locati. & But. & Imo. in c. venientes. de iu
reiur. & Abb. in d. c. venientes. in j. colũ. dicens
idem in quolibet subdito. Et infert ad doctorẽ
qui sine superioris licentia, non potest se obli-
gare ad eligendum alibi. ¶ Est verum, qđ Car.
in c. cum quidam. in fi. de iureiur. tenet contra-
rium, dicẽs, quòd scholaris, vel clericus debuit
denuntiare patri, vel Episcopo de iuramento,
qui fortè non reuocassent. Et quia neutri denũ-
tiauit, videtur periurus. Sed si nuntiasset, & re-
uocarent: tunc tenet cum Fed. per rationes su-
as. Pro qua impugnatione multum facit prima
limitatio. de quã j. Tamen pro cõmuni opinio-
ne faciunt multæ rationes adductæ per Io. An.
vbi. s̃. maximè dum in ver. ad quartum. expres-
sè deducit hanc rationem Car. Et ea non obstã
te decidit contrarium. Vnde attenta authorita
te eius & sequacium, præualeret sua opinio. ma
ximè, quando tales superiores scriberent cum
causula, non obstante quacunq; obligatione si-
cut in Papa dictum est. in arti. præce. in iiij. limi
tatione. ¶ Scias tamen, ꝙ est vna differentia in
proposito inter authoritatem Papæ, & autho-
ritatem Principis secularis: quia aut sumus in ca
su, in quo modo est excepta authoritas superio
ris: vtpote, quẽ materia subiecta tangit. & tunc
bene de vtraq; authoritate pariformiter iudica
tur in hac materia. Aut sumus in casu, in quo ꝑ
ipsius superioris authoritatem dispẽsari potest
super iuramento. & tunc non sufficit narrare
Principi seculari de iuramento, adeò quòd eius
authoritati liceat contrauenire. Sed in Papa se
cus: vt per Sali. in l. fin. in fin. C. si contra ius, vel
vti. pub. & vide quod dicitur prope in secunda
limitatione. ¶ Per istam ampliationem intulit
11 Bart. Brixi. qõ. xxix. † ꝙ si sacerdos fecit votum
de nunquam iurando: & posteà compellitur se
purgare: vel super contractu veritatem dicere:
debet iurare: quia est excepta authoritas supe-
rioris. & sequitur Do. post Io. An. in c. quia ple

a ¶ Authoritas Papę. Adde tu, ꝙ iuramentũ nõ obligat subditũ iurãtem in præiudicium iuris, seu authoritatis cuiuslibet supioris. tex. est in c. veniẽtes. de iureiur. vñ dic ꝙ superior põt dare sententiã inferiori veniẽdi cõtra propriũ iuramentũ: quod an hoc sit indistinctè verum, vide Paul. de Cast. & Ro. in l. fi. ff. qui satis. cog. Gul. de cu. ibidem Fed. de Sen. cõsil. suo 191. qđ ic. q. tali. etiã Imol. in c. cũ cõtingat. de iure iu. in vlt. col. Adde. d. Abb. in d. c. venientes. de iureiu. in j. col. qui facit limitatiõem ad omnia, quæ fuerunt superius dicta: vt puta inferior, vel filius est in studio, de licentia superioris vel patris: & non potest quærere victum. & sic creditorẽ, nisi iurer, quiante, q̃ exeat ciuitatem ꝙ solueret pecuniã sibi mutuatam: superior non poterit reuocare inferiorẽ: nec pater filiũ sine periurio. quia videtur contraxisse de licẽtia superioris, vel patris: cum ibi sit in studio de eorum licentia. Ita pulchrè. d. Abb. in d. c. venientes. de iureiu. in j. colũ. Et sic limitabit̃ tex. in d. c. venientes. & ista quæ sunt dicta hîc per Feli. quod no.

ricq.ad fi.de offi.ord.in.vj.Similiter dixit Host.de iureiur.§.quot ſpecies.ibi, item ſi iuro.ꝙ qui iurauit ſoluere in termino, non eſt periurus:ſi iudex interdicat,ne ſoluat.& ſequitur Arc. in.c.dixit. xiiij.q.v.Et dicit Albe.in.l.ſi quis id,quod.ij.col.ff.de i uriſdi.om.
12 iudi.† ꝙ ſi iudex ex cauſa iuſta pręcipit mihi,ne ſoluã:nõ incido in pœnã ſolutioni meæ ex pacto appoſitã,ſi non ſoluo.Nec durã te illo termino teneor ad vſuras,vel intereſſe. Et hoc quotidie fit ſecũdum eũ,quoties ad inſtantiã creditoris pręcipitur debitori debitoris,ꝙ nõ ſoluat.Bene facit.l.ij.§.fi.ff.ſi quis cau.ſecundũ eũ ſubdẽtem paulò poſt ſe ſæpe dixiſſe in facto,ꝙ laboratores iuſſu meo alienũ agrum colentes,freti aſſertione mea, qui dicebã eſſe meũ,cum non eſſet: non tenentur,ſed ego.Et idem dicit Albe.in hoc vltimo.in.l.j.in prin.circa mediũ.ff.de eo per quẽ fa.erit.Ad quod vide gl.& Bar.& alios in.l.in rem.§.tignũ.ff.de rei vendi.cũ cõcor.de quibus per Alex. ibi,in apoſtilla. conſil.xxxvj.viſis his, quę per dominos.vbi pulchrè hoc declarat. Latè etiã moderni in lib.maleſi.fol.xlv.contra Sal.in.l.nõ ideò.C.de accu.allegatũ latè ab Ale.poſt Lud.in.l.de pupillo.§.nuntiationem.pen.col. de ope. no.nun.¶ Similiter dixit Spec.de cita.§.j.in fi.ver.quid ſi quis.ꝙ qui iurauit non exire domum infra quindecim dies, ſi in termino citatur à iudice,debet exire.Et ſequitur Archid.in.c.authoritatem.xv.qõ.vj.Domi.poſt Lap.in ca.ſi eum.ij.colũ. de præben. in.vj.& idem Domi. in.c.j.§. ſtatuentes. circa princip.per illum tex.de ſepul.in.vj.& Lap.in addi.ad tractatum Fe. de re. permu. qõ.xxxiiij.Similiter dicit Specu.de actore.viij.col.ibi. ſed quid ſi iurauerit.quòd ſi pater iurauit non conſentire filio agenti in caſi bus,in quibus neceſſarius eſt eius conſenſus:cogetur tamen dare licentiam,non obſtante iuramento.Similiter dicit Spec. de iura. cal.§.fin.poſt princip.de eo,qui iurauit nunquã iurare,ꝙ cogitur iurare de calumnia.Sed cauꝛ:quia in dictis locis videtur Spe. velle,ꝙ talis ſit periurus,etiam quòd imputet ſibi: quia temerè iura uit.Sed tamen per prædicta videtur,ꝙ non ſit periurus: quia ex quo ſuperior cogit eum iurare,verificatur quædam tacita condi tio,quæ inerat iuramento:ſcilicet niſi ſuperior aliud præceperit. Similiter dixit gl.pe.in.c.quæ contra mores.viij. diſt.ꝙ in omni pacto intelligitur excepta authoritas ſuperioris.& ponderat ibi Do.ꝙ intelligitur etiam de alio ſuperiore,quã Papa.¶ Poſteà re fert But.ibi dicere, ꝙ hoc procedit in pactis ſubditorum: ſed in iuramentis fortè gl.non procedit ſecundum eum. quod verbum nõ bene percipio:quia attẽto eo,qd' eſt dictum de ſcholari:videtur idem in iuramento:dũmodo ille ſuperior ſit talis,à cuius præ cepto,vel obedientia non potuit ſe ſubtrahere iurans. ¶ Amplia tertiò,etiam ſi ille ſuperior eſſet legatus de latere: quia ſi ſcribit cum derogatione numeri iurati,habent locum prædicta:ſecundum Do.latè in.c.ſi ei.ij.col.de præben.in.vj.

13 Limita quadrupliciter †dictam regulam.primò, dummodò Papa ſciat de iuramento.aliàs ſcribendo ſimpliciter, nõ intelligitur in dubio velle vti authoritate excepta:niſi exprimat ſecundum Bu. Imo.& Abb.hîc. Et fuit dictum ſatis in articulo præcedenti. Nũ quid autem idem intelligitur in omnibus caſibus ſuprà poſitis: non audeo affirmare: quia nullus prædictorum tangit, vtrum in ſuperiore præcipiente requiratur notitia iuramenti. Et videtur probabile,quòd ſic: arguendo à fortiori de Papa ad inferiorem.Et facit ratio:quia fortè,qui ſcit de iuramẽto difficilius mouetur ad præcipiendum contraria iuramento.Tamen in caſibus poſitis in articulo præcedenti,fortè ſecus eſſet:puta,quando motu proprio cum clauſula non obſtantibus etiam ſi non diceretur de iuramento.Et fortè generaliter dicendum eſt,ꝙ vbicunq; eſt iuratum ſuper materia,in qua eſt excepta authoritas Papæ: non eſt neceſſarum,ꝙ ſua iuſsio nominet iuramentum ad hoc, vt ex ea poſsit iuramento contraueniri:ſecus in materia non tali.iuxta dicendaꝫ.ver.limita.ij.& ſic eſt mens omnium prædictorum. tamen cogitabis.Per iſtam limitationem dicunt hîc Butri. & Domi.poſt Vincen. quòd cum Papa non videatur in dubio vti authoritate excepta,ſi iſti reciperent iſtum,eſſent periuri: quia adhuc ſunt adſtricti iuramento. ¶ Ex quo non apparet, quòd Papa intendebat eos ab eo releuare.& idem Archi.& Do.xix.diſtin.in memoriam.ſequendo ad literam Vincen.hîc.Quibus obſtat talis ratio.Nam quando recipiunt motu proprio vltra numerum:videntur velle recedere à ſtatuto,& prius cogitare de ſuſpenſione iuramenti.& non incurrunt periurium:vt traditur in.c. dilecto. de præben.& per Io.And.& But.in.c.j.de his, quæ fiunt à maio. par.capi.& Car.poſt Ioan.de lig.in Cle.j.de regula. dixi remiſsiuè & concluſiuè poſt Abb.& Imo.titu.præcedenti. cum acceſſiſſent.vj.col.ibi:ad primum ſit concluſio.ergo in propoſito, quãdo recipiũt viſo reſcripto,videretur idẽ dicendũ.Sol. in caſu illo ſciebãt,ꝙ ſtante ſtatuto nõ poterant authoritate propria recedere à iuramẽto ſine periurio:ideo frãgendo numerũ, præſumitur cogitare de iuramẽto,priuſquã cõtraueniãt. & inter ſe tollere iu ramentũ mutuò præſtitum per alterum alteri.vt declarat ſubtiliter But.in.d.c.j.Sed hîc putarẽ,ꝙ reſcriptũ releuaret eos à iuramento.Et ſub iſta credulitate cõtrauenirent iuramento,non aũt intenderent à ſeipſis remouere iuramentũ. Credulitas autem iſta eſſet erronea propter hanc limitationem. ergo remanerent adſtricti iuramento:& ſic cõtraueniẽdo eſſent periuri.Et ſuccedit regula,qd' potuit noluit.&c.de off.dele.c.cum ſuper.Et ſic no.declarationẽ ad notata in.d.c.j.vt nõ procedant, quando cõtraueniunt ſtatuto putãtes poſſe cõtrauenire ex reſcripto.& iſtam ſolutionem in propoſito nõ reperi conſyderatã. ¶ Amplius dicas in
14 hac prima limitatione,† ꝙ non ſolũ debet fieri mentio de iuramento in ſupplicatione:ſed imò,ſi impetrans iuraſſet, nedum ali quid obſeruare:ſed etiam abſolutionem nõ petere,vel relaxationem:nõ ſufficiet in ſupplicatione dicere ſimpliciter ſe iuraſſe:ſed etiam oportet dicere ſe iuraſſe,de non petenda relaxatione. ¶ Et dic amplius,ꝙ ſi iuraſſet non ſolùm relaxationem non petere:ſed etiam,ꝙ ſi eam peteret,& obtineret,non vtetur ea.certè non ſufficiet duas illas partes exprimere:niſi etiam hanc tertiam de non vtendo exprimat:aliàs impetratio eſt ſurreptitia.Hæc omnia ponit elegantiſsimè Lud.cõſi.cxxvj.in præſenti conſultatione.quæ ſunt dicta aurea & noua bene declarantia materiam & dictũ Richardi allegatum,ſ.in ver.authoritas.Bene faciunt quæ dixiꝫ.eo. c.poſtulaſti.vj.col.ponendo multa, quæ probant impetratiõem ſubreptitiam tacito omni eo,quo expreſſo,difficilius fuiſſet obtenta ſignatura: & maximè dum examinaui de mentione omnis
15 ſpeciei illegitimitatis.¶ Limita ſecundò,† authoritas Papæ intelligitur excepta in iuramento in his,quæ ſpectant ad Papam. Secus ſi eſt præſtitum ſuper re propria ipſius iurantis: quia tunc nõ intelligitur excepta: niſi quatenus materia eſſet talis,ſuper qua ipſe Papa diſpenſare poſſet. Butri. Imol.& Do. hîc & Abb.in.c. quanto.iiij.colum.ibi,quis autem poterit,de iureiuran.Et impor tat hoc iſta differentia,quòd in ſpectantibus ad Papam, eſt excepta eius authoritas:non tamen adeò, ꝙ eo ipſo, ꝙ ſcribit contra actum iuratum liceat ſtatim contrauenire:vt.ſ.dictum eſt.Sed ſi ſciens de iuramento ſcribat contra ipſum: tunc etiam ſi ſine cauſa moueatur,videtur abſoluere ſuper iuramento:& valet abſolutio.Sed in materia ad eum non ſpectante, non valet eius abſolutio:niſi cum cauſa:vt latius per Abb.in.d.c.quanto. Et aliquid dicam non longè poſt in verſicu.exceptis duobus caſibus.¶ Et eodem modo debent reſtringi prædicta,videlicet: dummodo iuramentum concernat ſpectantia ad ſuperiorem.Et hanc limitationem in voto,firmat Thomas de Aquino.in.iiij.ſententiarum.di. cxxviij.q.j.ar.iiij.in ſolutione dubij,dicens ꝙ quædã ſunt,in quibus eſt homo ita liber ſui,ꝙ etiã contra præceptum Papę,poteſt illa facere:ſicut continere,& alia conſilia diuina.¶ Vnde abſolutè & ſine conditione voluntatis alicuius Prælati,poteſt alia voue re ſecundum eum.Et pro hac limitatione adduco ſtupendã &Ca
16 noniſtis incognitam deciſionem Auguſtini de Anchona. in li.de poteſtate eccle.q.lv.arg.vlti.vbi diſputando concludit,† ꝙ Papa non põt diſpenſare,ꝙ inferendo teſtimonio in iudicio non interueniat iuramentũ:quia hoc eſt de iure diuino, ꝙ teſtis iuret: per id quod habetur Ge.xxxj.vbi Iacob voluit teſtimoniũ ſoceri ſui Laban cõfirmatum per iuramentũ.Non dicas vltra Auguſtinũ, ſi pars põt remittere hoc iuramentum. c.tuis. de teſtibus. cur nõ Papa:quia rñdeo,ꝙ iſtud argumẽtũ eſt fallacia:ſicut ſi à ſimili argueretur ſic.Si põt aliquis donãdo rẽ ſibi ablatã facere,ꝙ illa ablatio non ſit furtũ:cur non poteſt Papa facere, ꝙ auferens rem alteri eo inuito,non cõmittat furtũ?Eſt enim iuramẽtũ teſtis indu

ctum fauore

4 a Amplia † secũdò hãc primam regulam: vt procedat etiam in priuilegijs[a] habentibus clausulã derogatoriam ad alia priuilegia: quia ad hoc, vt tollantur per priuilegiũ contrariũ, non sufficit generalis clausula, nõ obstãtibus priuilegijs. Cal. de priuilegijs. cõsi. ij. Car. cõs. liij. do. Gregorius Papa. & in. Cle. iiij. col. de sepul. Fed. cõsi. ccxxxix. cas⁹ talis est: monasteriũ cuiusdã ordinis. Pau. de Cast. cõsi. liij. pass⁹ iste dubitabilis vr̃. & consi. cccxij. quoniã adiectione. Car. consi. cxxxvij. factũ sic se habet, vacantibus. &c. in. v. char. Maria. in tract. de visitationibus. fo. xxiij. ver. sed circa hoc quæro. Abb. in. c. cũ instãtia. ij. col. de cẽsi. Lu. cõs. cccxxvij. istæ sunt rationes. & consi. ccccvj. quod indultum Petri. pe. colũ. In quibus locis inuenies, quòd si in priuilegio dicitur, quòd non intelligatur sublatum, nisi de ipso fiat specialis mentio de verbo ad verbũ: non sufficit, quòd in alio priuilegio sit ista clausula: videlicet etiã si de ipso oporteret facere mentionem de verbo ad verbum. Imò oportet, quòd fiat: licet in hoc aliqui aliter dicãt: vt inuenies discussum in dictis consilijs, de quibus extensius memini in. c. accedentes. in. iij. col. de rescrip. respondendo breuiter ad facientia in oppositum. ¶ Aliquid ponit etiam Ioã. de Ana. consi. vj. Imo. in. l. licitatio. §. earum. de publicanis. Bal. in. c. cum dilecta. ad fi. s̃. eo. Card. consi. ciiij. licet Abb. in dicto. c. cum instantia. videatur sequi Fede. consi. xlvij. & bene, vt inuenies in dictis locis. ¶ Est verum, quòd si fieret reuocatio priuilegiorũ per viã legis, non esset necessaria dicta expressio: vt dicetur in prima fallentia huius regulæ. Item non est necessaria, quando stylus curiæ firmiter haberet, quòd sufficeret prædicta mentio implicita. Per id quod no. But. consilio allegãdo. j. in secunda fallẽtia huius regulę. Similiter vbi priuilegiũ esset cõcessum motu ꝓprio, nõ esset necessaria dicta mẽtio explicita, secũdũ Lu. pulchrè cõsi. cccxxxij. pen. col. & ista nota.

b Amplia tertiò, † etiã in vltimis voluntatibus, in quibus non valet[b] secundũ testamentũ, nõ faciẽs mentionẽ de primo habẽte clausulã derogatoriam: per. l. si quis in prin. testamenti. de leg. iij. Et ideò si in primo dicetur, quòd secundũ non valeat, nisi in eo sit hoc verbum: Kyrie eleison. deinde in secũdo diceretur: nõ obstãte primo testamento, sub quacunꝗ verborum forma concepto, non sufficeret: vt latissimè per Alex. cõsi. ccccxcj. & est etiã. dxxviij. incipiẽs Frãciscus de anno. &c. vbi attestatus hanc esse cõmunem opin. per authoritates, de qbus per eũ, quas etiã breuius ipse cõmemorat. in. l. si mihi & tibi. §. in legatis. de leg. j. ¶ Tamẽ hic nõ est aliquid firmandum: quia multi tenent, quòd sufficiat mentio primi testamenti: licet non fiat singularis mẽtio de clausula derogatoria. Et fuit opi. Bart. in. d. l. si quis in prin. quam sequitur Bar. in Cle. j. in. iij. q. de sepul. & elegantisimè vltra omnes Bened. Caprã, consi. xxxj. pũctus: quędam domina Magdalena. De quo etiã profundissimè per And. Sicu. in. c. cum esses. xxxvij. de testamẽtis. vbi refert se sæpe consuluisse pro hac secunda parte: licet ibi in lectura teneat primam partem, quòd requiratur mentio specialissima clausulæ derogatoriæ. Et pro secunda parte videtur cõsuluisse Alex. consi. cxxxiiij. præuiso themate ante posito. Vide ad saturitatem plenam Maria cõsi. mihi. xxij. domina Angela Baldi, de Nania. vbi multa inuenies pro & contra. & ibi cõsuluit pro ista ampliatione. Cæterùm quia non est materia nostra, sufficiant hæc loca: per quæ inuenies quicquid desyderabis.

Amplia quartò, etiam si rescribatur contra tale ius, per viam priuilegij: vt dicetur in secunda fallentia sequentis regulæ.

Amplia quintò, Etiam si rescriptum habeat clausulam ex certa sciẽtia: vt dicetur in quarta fallentia sequentis regulæ.

Amplia sextò, Nedum in Papa, qui fecit habentem clausulam derogatoriam: sed etiam in suc-

a ¶In priuilegijs. Adde tu ad ista hic tacta per Fel. vt veritas magis dilucideẽ, ꝙ declarandũ ẽ quot sunt sunt spẽs priuilegiorũ: & primò fac regulã, ꝙ priuilegiũ secũdũ nõ tollit primum habẽs clausulã derogatoriã. nisi de ea fiat mẽtio in secũdo expressa, & ei derogaẽ. Ita Pau. de Ca. in cõsi. suo cccxvj. in. qm̃ adiectiõe nõ indiget. Secũda spẽs priuilegiorũ est, qñ secũdũ priuilegiũ habet clam submotis alijs priuilegijs sub quacunꝗ forma loquẽtib⁹, ẽt si sint talia priuilegia, ꝙ de eis sit fiẽda mẽtio de verbo ad verbum: quę voluit pro expressis hr̃e: an tale priuilegiũ tollat primum habens clausulã derogatoriã: vide Paul. de Ca. in. d. cõsi. cccxvj. inci. qm̃. q tenet ꝙ nõ. Adde ꝙ. d. Abb. in. c. cũ instãtia. de cẽsi. tenuit, ꝙ sic. Tertia species priuilegiorũ est, qñ priuilegiũ est spãle: qa derogat gñali, siue sit primũ, siue sit secũdũ: licet nulla sit facta mentio de primo. Ioã. And. & alij in. c. veniẽs. de ꝑscri. scribentes in. c. dudũ. & c. quãuis. de ꝑbẽ. in. vj. not. in regu. gñali. de re. iu. in. vj. Adde tñ, nisi p gñale priuilegiũ esset acqsitũ ius alteri. Ita Bar. in. d. c. veniens. de præscr. in. iiij. col. in ver. aduerte hic sunt. Vide p Do. in. c. j. de cõcess. ꝑbẽ. in. vj. & in. c. j. de exc. Præ. in. vj.

b ¶Nõ valet. Adde tu, qd si in secundo testamẽto eẽt clã, ꝙ ad cẽsum sapiẽtis testamentũ possit extẽdi: an sapiẽs poterit addere clam derogatoriã primi: vide Bart. in. l. illa institutio. in fi. ff. de hære. instit. Adde quod etiam secundum testm̃ tollit

in successore: vt per But. in. c. j. v. colum. ibi. hæc vera. s̃. eodem. & Imol. hîc in. v. colũ. & Do. in. c. j. in. vj. colum. ibi: ego credo. de cõsti. in. vj. vbi respõdet pulchrè & clarè ad rationẽ Ioã. mo. qui tenuit contrariũ. in. d. c. j. per. c. innotuit. de elect. vbi par in parem. &c. Et cum eo transiuit Bal. in. c. j. in. x. col. qui feu. da. pos. & in. l. ij. post medium. C. de sen. ex peri. recitã. Nõ enim negatur potẽtia. & ita procedat gl. no. in. Cle. j. in ver. priuilegio. de regularibus. & ibi pulchrè Abb. in. fi. & Do. post Ioan. Mona. in. c. ij. ij. colũ. de præb. in. vj. Sed negatur voluntas: quia præsumitur, ꝙ in successore duret eadẽ intẽtio, quã habuit prædecessor, ex quo lex nõ reuocat: aliâs multa iurassent hodie elusoria quo ad clausulas derogatorias.

Fallit autem prædicta regula quatuor modis. Primò, nisi Princeps disponat nõ per viã rescripti: sed per viam nouæ constitutionis: quia valet constistutio facta generali mentione alterius constitutionis: vt si dicatur: Non obstante quacũꝗ constitutione in contrarium faciente. Abb. hîc post Bald. in. l. humanũ. C. de leg. in. iij. colũ. ver. sed dominus Cy. in illa. q. vbi dicit, ꝙ in legibus condendis sufficit derogatio generalis leg. In contrarium allegat. l. omnes. §. j. C. de præscri. xxx. an. Et idem dicit sentire glo. j. in. l. imperialis. C. de nup. & dicit facere Cle. eos. de sepul. sed Abb. hîc allegat Cle. dudum. eo. tit. Tamẽ illa iura non ponunt derogationem ad alia iura: sed ad priuilegia. Bene probãt, quòd vbi per legem derogatur priuilegijs: sufficit supergeneralis derogatio. & facit. c. fin. ad fi. de sent. excommun. in. vj. ibi: sub quauis forma, vel expressione verborum. & quod dicetur in sequenti fal. Et multa iura derogantia priuilegijs accumulat Ioan. And. in rub. j. de priuilegijs. ¶ Et istam fallentiam tenet etiam Dom. in. c. vt officium. §. denique. ij. no. de hære. in. vj. & Imol. in Clemen. j. vlt. notabili. de sepul. Et habet locum etiã in statutis, in quibus sufficiunt verba generalia ad derogandum speciali statuto, secundum Bal. in. d. l. humanum. licet in hoc fuerint variæ opiniones: vt ibi latè per eum. Sed Bar. in extraua. ad reprimendum. in verbo: non obstantibus firmata primò ista fallentia sentit posteà expressè, quòd aliud sit in constitutione principis: aliud in cõstitutione inferioris. Nã dicit, quòd quicquid sit in Principe, alia ratio est in populo. Nã sicut priuatus præmittit illam clausulam derogatoriam: timens ne instigatione, vel deceptione aliquorum aliud inducatur. Ita populus vel vniuersitas videtur timere: cum æquiparetur pupillo. quæ ratio cessat in Principe condente ius commune. Et quòd secũdum statutum debeat facere mentionem de primo habente clausulam derogatoriam: vide Bart. in. l. omnes populi. xiij. columna. ver. circa secundum, quando præcedens. ff. de iusti. & iure. & Domin. in. c. j. colum. de consti. in. vj. & quod notat Brix. in ver. lex. in. xxij. co. ver. lex sequẽs. Tamẽ dũ allegat Pau. de Cast. in. l. j. in prin. ff. ad. l. Fal. non bene allegat: quia solũ dicit idẽ ꝙ text. in. c. j. de const. in. vj. ¶ Limita hoc de statuto, nisi appareat secũdum statutũ emanasse ex aliqua iusta, & rationabili causa, mouente statuentes, quibus visum fuit primum statutum inutile: quia tunc generalis clausula, non obstante: sufficit, quanuis in primo sit clausula derogatoria. Ita est de mente Bald. in. d. c. j. in quibusdam suis scriptis. allegat. l. si cum Cornelius. ff. de solut. & in. l. si hominem. ff. mandati. Et text. in auth. hæc constitutio innouat. in rubro & nigro. Et hoc dictũ à me nõ visum, sequitur Baptista de sancto Seuerino in. d. l. omnes populi. in. xviij. charta. Et de hac materia vide etiam quod not. Bald. in. l. j. pe. col. ibi. Item valet rescriptũ. C. qui bonis cedere possunt. ¶ Et aduerte: quia licet Bald. in. d. l. humanum. & Abb. hîc velint, ꝙ sit opus saltem clausula generali, quando sit secunda lex contraria primæ habenti clausulam derogatoriã. Tamẽ Bar. fortè sentit contrariũ. in. d. verbo, non obstantibus, in. j. colum ibi: & ideò si Imperator. & ibi: nec est dubiũ. & fortè istud verius: qa Princeps præsumitur scire legẽ. & eoipso, quòd facit legẽ contrariã, videtur primã velle tollere. Et in condenda lege procedit motu proprio, & maturius quâm in dãdo rescripto. Quæ ratiões ita procedunt, quãdo statuit contra legẽ habentẽ clausulam derogatoriam: sicut quando contra non habentẽ. Tamen cogitabis: quia posset quis dicere, quòd licet Barto. in. d. ver. nec est dubiũ. dicat, quòd Princeps potest tollere legem etiam habentẽ clausulam derogatoriã: tamen nõ aperit, vtrum tunc requiratur clausulã generalis: non obstãte: sed attentis verbis pręcedentibus sentit, quòd non. Et pro opi. Bald. & Abb. vide But. in. c. quæ in ecclesiarum. viij. colum. ibi: venio ad tertium. s̃. titu. proxi. vbi dicit, quòd si lex prior habet clausulam derogatoriam solemnitatis, illa tollitur per legem nouã, non facta mentione de clausula: secus si prima lex habet clausulam derogatoriam voluntatis: quia tunc non præsumitur tolli per legem nouã: nisi constet de certa scientia Principis. allegat Ioan. And. in. d. c. j. de constit. in. xj.

Fallit secundò, † Nisi in rescripto sit facta clausula, non obstãte lege in contrariũ faciẽte: etiã si de ipsa oportet facere specialem mentionem: quia ista verba sufficiunt in rescripto ad derogandum legi contrariæ[a] habenti clausulam derogatoriam ad rescripta: licet nõ sit nominata in indiuiduo, secundum But. in. c. s̃. eod. & Bar. in. l. si quis in prin. testa. de le. iij. Et istud dictum sequitur Do. meus de Are. in. d. c. j. in quodam speciali commento illius. c. de quo fiet mẽtio in ista materia, quoties erit opus erit. Et pro hoc dicit esse casum singularem in. c. fin. de sententia exc. in. vj. vbi probaẽ notabilius secũdũ eũ, ꝙ sufficit dicere: nõ obstãtibus quibuscũꝗ statutis, sub quauis forma verborũ cõcessis. Ad idem allegat Cle. dudum. versus fi. de sepul. & quod not. do. Ab. in. c. cũ in instãtia. de cẽsi. vbi videẽ seq Fed. in illo cõsi. in quo voluit, ꝙ sufficiat dicere: nõ obstãte alio priuilegio, etiam de quo oporteret facere mẽtionẽ de verbo ad verbũ. de quo tetigi. s̃. in. j. ampliatione. Obstat tex. in. l. licet. ff. in qui. cau. pi. ta. cõtra. vbi, quãuis inuecta & illata ĩ domũ, q̃ sunt tacitè hypothecata, habeanẽ perinde ac si essent expressè obligata: tamen quo ad impediẽdã libertatẽ, nõ ꝓcedit ista parificatio: quia dispositio legis de qua ibi in gl. ij. ꝓhibens seruum manumitti, quãdo est expressè pignoratus, nõ videẽ esse fauorabilis: cũ sit cõtra libertatẽ. ¶ Respõdet ꝑfatus doctor, ꝙ in his, quæ sunt facti: oportet necessariò, ꝙ lex disponat per fictionẽ. Vnde stat regula, quòd in materia stricti iuris, dispositio facta in casu vero nõ trahitur ad fictũ[b]. l. iij. §. hæc verba. & ibi Bart. ff. de neg. gest. Et ista est ratio: quare illa parificatio nõ extendiẽ ad casum non fauorabilẽ. Sed in terminis nostris ad tollendũ legẽ pręcedentẽ, non est opus inducere aliquã fictionẽ quia cũ Princeps non potuerit sibi legẽ imponere à qua non liceret recedere, si vellet: satis est, ꝙ sumus certi de voluntate Principis, quòd velit derogare priori legis: ex quo vult oẽs leges haberi ꝓ specialiter expressis. Vnde licet circa actũ expressionis introducatur qdã fictio, hæc tñ fictio nõ est cã immediata tollẽdi legẽ sed volũtas Principis, q̃ declaraẽ p eã. ¶ Obst. secũdò. c. ij. ad fin. de dolo & cõtu. vbi debet fieri specifica mẽtio de cõtentis in primis literis, & nõ sufficit mentio inuoluta. Et facit ad idem. c. qui ad agendum. de procur. in. vj. vbi licet quis velit habere exigentia speciale mandatum pro expressis: tamen illa clausula nihil operatur, quantum ad illa, quæ requirunt speciale mandatum. Respondet Areti. vbi. s̃. quòd ille tex. loquitur in dispositione hominis, qui non potest fingere, seu fictionem inducere. Probatur in. l. si fortè. & ibi Bart. ff. de castren. pecu. Præterea in ista claus. erat ita obscura & incerta expressio facta p

primũ. & hoc, qñ per secũdũ potest adiri hæreditas de iure ciuili. Ita Bart. in. l. si qs eũ. §. si cũ suo. in ver. iuxta legem nostrã. ff. de vul. & pup. Adde, an testamentũ secundũ tollat primum iuratũ: pone testator fecit testm̃ & iurauit nõ facere aliud: posteà fecit secundũ: vtrum tollatur primũ iuratũ. Bartol. tangit hanc. q. in. l. si quis in princ. testamẽti. ff. de leg. iij. in vlti. colũ. ver. quæro qd si testator. & in. l. cũ duobus. ff. pro soc. vbi tenet, quòd valet secundũ. Idẽ tenet glo. in. c. vltima voluntas. xiij. quæstio. ij. Idẽ tenet Cy. in. l. j. C. de sac. san. ecc. Pau. de Cast. in consil. suo xvij. inci. dico, non obstante. Bald. in auth. hîc inter liberos. ver. quæro qd si pater. C. de testa. Adde Old. in consil. suo cxxvij. inc. viso instrumẽto pacti. dicit, ꝙ secundum testamentum valet de iure ciuili: sed primum de iure canonico. Idem videtur tenere Io. And. in regula, quę semel. de re. iu. lib. vj. dicens, ꝙ periurus est, qui facit testamentum secundum, quando iurauit non facere. sed Bar. in locis præalle. tenet, quòd non sit periurus, & valet secundum testamentum, etiam si sit iuratum non facere aliud: per rationes quas ponit ibi secũdum eum. Adde Archi. in. d. vltima volũtas. xiij. q. ij. quietam videtur inclinare in partẽ Old. & Io. And. cogitabis. quia varij fuêre scriptores in ista materia.

a ¶Legi contrariæ. Adde Bar. in extraua. ad reprimẽ. ver. si. nõ obst. & Pau. de Cast. consi. liij. passus iste. &c. & do. Alex. de Imol. in consil. ciij. iiij. parte.

b ¶Ad fictum Ad quod adde. d. Sozi.

consil. ccxlj. inci. circa primam difficultatem. versic. secunda ratio est. quia in. ij. parte. charta. cxxiiij.

partē, ꝙ nō bene certificabatur reſcribens de facto ſuper quo reſcribebat. Vnde videſ decipere ſuperiorē. quæ rō ceſſat in caſu noſtro. & ita reſidet præfatus doctor. Cuius verba in hac vltima reſpōſione puto eſſe malè trāſcripta: tū quia etiā prędicta loquūtur in diſpoſitione Papę, & ſic hominis: tū quia ad. c. ij. præallegatū eſt aliter reſpōdendū: vt j. patebit. Vnde iſta fallentia prius eſt cōfirmāda, poſteā tripliciter declarāda, reducēdo in ſimul plura per alios nō conſyderata. ¶ Addatis primò Bu. conſi. lv. aliās conſi. ij. in impreſsis. & incipit: literis legitimatiōis. vbi dixit elegāter, ꝙ ſi gratia Papę ſignaſ hoc modo: fiat, vt petitur. & in ſupplicatione petebaſ, ꝙ certa cōceſsio, quæ debebat exprimi, haberetur pro expreſſa: certè ex ta ſi ſignatura perinde eſt, ac ſi fuiſſent expreſſa ſpecificata. Poteſt enim Papa ad vtilitatē actus à ſe geſti, fingere expreſſum qđ expreſſum nō eſt. alle. c. j. de tranſac. & c. illa de elec. & Cle. paſtoralis. de re iudica. &. c. ſi motu. de ꝓb. in. vj. Et ita dicit ſe habere ſtylū curiæ: qa in cōfirmationib⁹ apponunſ iſtæ clauſulæ vel ſimiles: videlicet quorū tenorē haberi volumus ꝓ expreſſo. Nā id ad quod fit relatio, perinde habetur ac ſi expſſum foret ſpecificè in ſcriptura, quæ ad aliā refertur. l. ait prætor. §. j. ff. de re iudic. ibi: accipiēdū eſt, quaſi quātitatē nominauerit. Itē ex quo vult haberi pro expreſſo, fingiſ expreſſum: licet expreſſum nō ſit. Cle. j. de proba. & hoc cōprobat per aliū ſtylū curiæ in appoſitione clauſulæ nō obſtātibus priuilegijs, etiā ſi eſſent talia, de quibus deberet fieri mētio de verbo ad verbū: qa iſta verba æquipollēt expreſioni de verbo ad verbū, ſecundū eū. de quo tamē vltimo dic, vt. ſ. in prima ampliatione. ¶ Similiter dicit Ang. cōſil. mihi cclxx. Bonifa. Epiſcopus. aliās incipit: nō eſt dubiū, ꝙ dict⁹ electus. in. ij. cōclu. quòd ſi Papa cōmemorat quandā ſuam cōceſsionē, & dicit ſub dicta forma: aut quanuis alia forma, ſub quacūq; cōceptione verborū. ꝙ iſta verba perinde eſt, ac ſi ſigillatim eſſet expreſſum in literis, quicquid cōtineatur in alia conceſsione. arg. l. ſi ita ſcripſero. ff. de cōdi. & demō. l. aſſe toto. ff. de hære. inſti. ¶ Similiter Rota. de reſcri. xx. Itē ſi cauſa cōmittatur, in nouis. quòd licet in cōmiſsione per quam reuocatur commiſsio alteri facta, ſit facienda mentio de proceſſu primi iudicis: per c. inter. de re iudi. & dixi ſatis. ſ. eo. c. cæterū. Tamen fallit, ſi in commiſsione petebatur certam cauſam cōmitti alteri auditori: dicēdo, quòd prius fuerat alteri cōmiſſa: & ſubdendo clauſulā conſuetā: videlicet, cuius cauſæ ſtatum dignemini habere pro expreſſo: quia tunc committendo alteri, videtur Papa ex certa ſcientia committere, & habere ſtatū cauſæ pro expreſſo. & ita finaliter remāſe runt omnes auditores ſecūdum Rotā. & ſequitur Nico. Mil. in ſuo rep. fo. clix. in. iij. col. Et ex hoc habes reſponſum clarū ad. c. ij. de do. & cōtu. de quo. ſ. quia verū eſt, ꝙ debet fieri expreſſa mētio proceſſus: niſi in ſupplicatione petatur & cōcedatur, quòd habeatur pro expreſſo. ¶ Similiter dixit Bal. c. ſuper literis. in. vj. col. ver. ꝙd ſi Papa. ſ. eo. quòd ſi Papa dicit, quòd vult haberi aliqua pro ſpecificatis, [a] videtur reſcriptū valere ac ſi omnia eſſent ſpecificata. ar. l. qui iure militari. ff. de mili. teſt. Tamen nō firmat; quia iſta clauſula eſt captioſa & iuri contraria. p. l. reſcripta. C. de preci. Impe. off. ¶ Addatis etiā gl. in extrauag. execrabilis. in verbo, perſonatus. in fi. quæ dicit, quòd ſi Papa in collatione dignitatis dicat, non obſtante, quòd talia beneficia teneas, qualiacunque ſint. certè poteſt tenere prima qualiacunq; ſint, etiam ſi eſſent electiua. per Cle. ſi Romanus. de præben. & ideò iſta verba operantur duo. ¶ Primò, quia tollunt omnem ſubreptionem quomodocunque & qualiacunque ſint prima beneficia. Item, quòd inſimul obtineri valent quæcunq;, quot ſint; quia tantum valet genus in generali, quantum ſpecies in ſpeciali. arg. c. ſolitæ. de ma. & obe. & c. ſi ſacerdos. de offi. or. ſecundū dictā gl. ¶ Sed dubito, ꝙ. d. gl. ſit incorrecta in duobus. Primò dū dicit talia beneficia: forte debet dicere, alia beneficia. qa ſi diceret talia, nō videreſ cōprehenderetur quodcūque. Ex quo enim præceſſit ſpecialis nominatio, genus ſequens intelligitur de nominatis, vel ſimilibus. arg. c. ſedes. ſ. e. & facit etiā qđ ſtatim dicetur. ¶ Secūdò vide incorrecta in illis verbis bullæ quæ ponit ad hoc, vt poſsit tenere priora beneficia, quotcunque eſſent. videtur, quòd deberet eſſe hoc verbum quotcunque: quod verbum gl. non ponit inferendo verba bullæ. ſed ſolùm ponēdo effectū bullæ. Si enim diceret ſolū illud vniuerſale qualiacūq;, videretur referri ad qualitatē, non autē ad numerū: niſi addat, quotcūq;. & per hoc etiā apparet, ꝙ gl. non debuit dicere talia: qa dicendo talia, & dicendo quotcunq;: nō videtur ſermo congruus. & videtur ſuperfluere illud talia. Et ideò credo, ꝙ gl. voluit dicere: non obſtante, quòd alia beneficia teneas, quotcunq; & qualiacūq; ſint. vt cōmuniter dicūt literæ apoſtolicæ. ¶ Addatis etiā tex. in. l. oēs. de præſcr. xxx. an. ibi: tanquā per hanc legem ſpecialiter & nominatim fuiſſent enumeratæ. Quem text. dicit ibi Angel. eſſe meliorem de corpore iuris ad hoc, quòd Princeps poteſt velle, ꝙ expimenda habeantur pro expreſsis. Idē no. Bal. de pace Coſtā. in verbo non obſtante. & Ang. in. l. diuus. §. licet. ff. de iure codicil. & in. l. ſed ſi quis. §. quæſitum. in fin. ff. ſi quis cau. vbi dicit, quòd in reſcriptis & gratijs, quæ concedunt motu proprio, ſufficit iſta clauſula pro expreſsis habētes. Secus ſofitā dicit eſſe, ſi cōceduntur ad poſtulationē partis. ſed ex prædictis videtur, quòd idem ſit, ſi ad poſtulationem partis. Cum iſtis cōcordat Imo. in Clemen. j. ad fin. de ſepul. dicens poſt Paulum, quòd in priuilegijs, reſcriptis & conſtitutionibus ſufficit conſtare de voluntate Principis derogantis alteri diſpoſitioni: licet non fiat mentio indiuidua. Idem not. Baldus in procemio feu. xiiij. col. ver. Item dicit An. de Iſernia.

Hæc & ſimilia recipiunt tres declarationes: quas non reperio ꝓ modernos reductas. ¶ Prima eſt, vt habeat locū in iſta diſpoſitione legis, vel Principis. Sed in diſpoſitione inferioris, vbi lex requirit aliquid eſſe expreſſum, nō ſufficit clauſula, pro expreſsis habentes, vel ſimilis, ſecundū Angel. in. d. §. qſitū. per illum tex. in verbo ſpecialiter. vbi ſi partes dicerent, ꝙ volunt haberi pro expreſsis & ſpecificatis omnes caſus fortuitos, qui occurrere poſſent, iſtud nō ſufficit. Pro quo dicit ibi Alex. eſſe bonū tex. in. d. c. qui ad agendū. in prin. de procu. in. vj. Hoc modo eſt reſpōſum ad illum text. clarius, quā. ſ. bene facit quod no. Ang. in. l. iij. §. hæc verba. ff. de neg. ge. vbi dicit, ꝙ licet de iure cōi paria ſint aliquid eſſe expreſſum, vel haberi pro expreſſo: vt ibi in ver. pro adiecto. tamen qa iſtud eſt ex interpretatiōe nō habet locū in ſtatutis. Ideò infert, ꝙ ſtāte ſtatuto Floré. quòd per inſtrumentum guarentigię, in quo expreſſus eſt certus terminus, capiatur debitor ad volūtatem creditoris, non vendicabit ſibi locum, ſi terminus non eſt expreſſus, licet pro expreſſo debeat haberi. & ita dicit ſe conſuluiſſe de facto.

Secunda declaratio.

¶ Prædicta procedunt vbi Princeps per legem nouam, vel reſcribendo, derogat legi habenti clauſulam derogatoriam: quia ſufficit dicta clauſula pro expreſsis habentes, & reſcribendo cōtra legem, nemini præiudicat. Ideò ſufficit, quòd deroget implicitè, licet nō explicitè. Et præſumitur de ea recordatus apponendo illa verba: ſed ibi agitur de derogatione priuilegij, vel gratiæ habentis clauſulam derogatoriam dantem ſpecialem formam diſpoſitioni contrariæ: tunc eſt diſtinguendum hoc modo. Aut illi derogatur per viam legis: & tunc ſufficit derogare cum iſta clauſula, nō obſtantibus quibuſcūq;, ſub quacunq; forma verborum conceſsis: vel ſimilia. Ita loquitur. Cle. j. Cle. dudum. ſi. de

ſi. de ſepul. &. c. ſi. de ſen. exc. in. vj. quia ibi non præſumitur ſurreptio. & ſum⁹ certi, ꝙ princeps, nedū hoc potuit ſed quod voluit, quia à ſe fuit motus, & cum maturitate vt in. j. fal. Et no. Pau. conſi. liij. in prin. Aut diſponit per viam reſcripti quocūq; reſcribat: & tunc oportet facere talē mētionē, qualē requirit priuilegiū, cui derogaſ. Nec ſufficeret habere obſtātia pro expreſsis. Iſtud probaſ tenendo opi. cōmuniorē: de qua dixi. ſ. in prima ampliatione: vt patet ex multiloquio: de quo in locis ibi allegatis. Iſta eſt cōis op. tū ſi ſtilus curiæ ſe haberet in contrariū: prout teſtaſ But. d. conſi. lv. tunc non procederet iſta declaratio. ſed indiſtinctè diceremus, vt ipſe dicit, ꝙ in omni diſpoſitione Principis ſufficeret clauſula pro expreſsis habentes, ſiue deroget legi, ſiue priuilegio.

7 **Tertia declaratio eſt.** Vt iſta fal. † ſecūda nō procedat in caſu, quē ponit quædā regula cancellariæ Apoſtolicæ, mihi. xlv. incipiēs: Itē voluit, ꝙ ſi petatur. quæ vult, ꝙ ſi impetratur aliquod beneficiū vacās per modū in cā cellaria exprimēdū: talis impetratio nō valet: neq; ſuper ea poſſunt expediri literæ. Et ſic habes vnū caſum, i quo nō valet ſignatura habens aliquid pro expreſſo. Similis prouiſio eſt in alia regula, mihi. xxxvj. inci. Itē ſtatuit & ordinauit. volens, ꝙ ſi fit cōmiſsio de cauſa, in qua iam corā alio erat cōclūſum in cauſa, non valet cōmiſsio, niſi in conceſsione cōmiſsionis derogetur expreſsè cōclūſio ni. Nec ſufficit, ꝙ de ipſa fit facta mētio explicitè, vel implicitè. Similis prouiſio eſt in alia regula mihi. lviij. inci. Itē voluit, ꝙ literæ. dicens, ꝙ non valēt literæ ſuper indulgentijs ad inſtar, niſi ſpecificentur. Et ſic eſt caſus, in quo nō ſufficit ſe referre ad aliud. & nō habetur perinde ac ſi illud exprimeretur: licet in alijs caſibus valeant literæ ad inſtar: vt per Bal. in. l. ſi priuilegia. C. de epi. & cler. & Ab. in. c. ſuper Spe. in. iij. col. ne clerici, vel mo. de priuilegio conceſſo ad inſtar alterius. ¶ Et ſic ſunt expeditę tres declaratiōes ſecūdæ fallētiæ huius primæ regulę de reſcri. contra diſpōnes habentes clauſulas derogatorias.

Fallit tertiò iſta prima regula. In diſpoſitiōe habente clauſulam derogatoriā non expreſſam, ſed tacitā: quia nō impedit ſecundam diſpoſitionē contrariā nō faciētē mētionē de prima, ſecūdū Bar. in. l. fi. in prin. per illū tex. ff. de le. ij. vbi voluntas teſtatoris eliciebaſ tacitè à cōtrario ſenſu. Et dicit Bal. in. l. humanum. in. iij. col. C. de leg. ver. aduertatis. ꝙ vbi clauſula derogatoria nō eſt expreſſa, ſed tacita: tunc taciteè derogatur ei propter factū contrariū. Et ſic valet reformatio ſtatuti habentis tacitā clauſulam derogatoriā, nō facta de ea mētione. Allegat tex. in. d. l. fi. quē dicit eſſe notabilē. & dicit Bal. in. l. fi quis in prin. teſtamenti. in j. co. ff. de lega. j. ꝙ in caſu dictæ legis fi. clauſula derogatoria nō erat tacita, neq; expreſſa: quia fuerūt verba ad augmentū: vt inducatur fideicō. ideò nō inducūt diminutionē. l. legata inutiliter. ff. de leg. j. Et addе Bal. in. l. filiū. in. xiij. col. ibi. ij. oppono. C. fa. ercif. vbi dicit, ꝙ in tacita donatione facilius præſumitur donatio volūtatis, quā in donatione expreſſa, per. d. l. fi. in prin. quā dicit ad hoc eſſe notabilem.

8 a **Fallit** quartò & vltimò. d. regula. † Quando in rę ſcripto [a] eſt clauſula de plenitudine poteſtatis quia habet vim clauſulæ derogatoriæ ad omnē legē cōtrariā, & habentē clauſulā derogatoriā. Ita inferunt aliqui ex verbis Bal. ſ. in procemio Decretaliū. ver. Greg. in. iiij. col. ibi, dicit collectarius. Dum dicit poſt collectarium. ſ. eo. c. cū dilecta. ꝙ quando Papa ſcribit de plenitudine poteſtatis, nihil poteſt opponi, quod annihilet gratiam: niſi reſcribatur cōtra ius gentiū. cuius trāſgreſsio crimen inducat. Sed puto contrariū eſſe de mente domini Ab. hīc, dum dicit, ꝙ ſi bi in iure eſt cā derogatoria, ſeruanda eſt forma tradita. & certū eſt, ꝙ forma nō ſeruatur per æquipollens, vt dixi. ſ. e. c. cū dilecta. Idē ſentit Ab. hīc in alio loco, loquēdo de reſcripto contra legem non habentē clauſulā derogatoriam. Et facit mentionē de clauſula ex certa ſciētia, & tñ de illa nihil dicit in iſto mēbro. Propter qđ videſ abſolutè, ꝙ ſit neceſſaria mentio: maximè cū inter iſtā clauſulā de plenitudine, & clauſulā ex certa ſcientia. nō videaſ in hac materia differentia, vt diceſ in. iiij. fal. ſequētis regulæ. Itē cōtra hanc fallen. videntur verba Pet. de anc. conſi. mihi. cccv. inci. tres dñi magnifici. ad fi. ver. nō ob. ꝙ Papa. dū dicit, ꝙ qñ Papa diſponit in materia, in qua habet pleniſsimā poteſtatē, ſi lex habet clauſulā derogatoriā, non præſumitur velle vti illa poteſtate, niſi faciat mentionem de illa lege. Et dicit Sali. in cōſi. ſchiſmatis, quod fecit pro Vrbano Sexto. & incipit, cogimur tādē. in. xij. co. ꝙ qñ Papa dat literas ad, præbendā certi hominis, non vacantē, requiritur clauſula, de plenitudine poteſtatis, vel non obſtante cōcilio Lateranenſi, per tex. in. c. ij. de conſet. prēb. quod dictū nō facit pro hac fal. qa in. d. c. ij. nō eſt cā deroga.

9 **Secunda regula** in hac materia eſt. † Quòd reſcriptū contra legē etiā nō habentē clauſulā derogatoriā nō valet. Ita pro regula ꝓſupponit Io. an. Pe. de anc. & Do. in. c. vnico. de excēſ. prāla. in. vj. & Abb. hīc, & oēs allegati, & allegandi in hac materia. Et eſt noua gl. in. c. j. in verbo noſcatur. de conſti. in. vj. dicēs, ꝙ prima facie præſumitur obtentum per importunitatem, vnde debet expectari ſecūda iuſsio. & no. Bar. in. l. j. C. de peti. bo. ſub. lib. x. & Ange. de are. in. l. ſi conſtat. in. j. col. ff. de ap. Bene facit dictum Inno. & aliorū. in. c. dudū. j. de deci. dū dicūt, ꝙ confirmatio non refertur in dubio ad actum, qui eſt cōtra ius. Et retuli, de excep. c. cū inter. Facit quod no. do. Ab. in c. examinata. ante fi. de confir. vti. vel inuti. vbi dicit, ꝙ verbum cōfirmamus. importat in dubio rei cōfirmationem, niſi actus ſit contra ius. Et ad iſtā regulā vide copioſè Old. conſi. cccxxvj. inci. ꝙ articuli. poſt prin. cū pluribus conſilijs ibi ſequentibus, quaſi vſq; ad fi. libri. & Speculum de reſcri. præſenta. §. fi. ver. itē, ꝙ eſt contra ius. & gl. ſecundam. in. l. beneficiū. ff. de cōſti. Prin. & gl. in. l. acta. §. de amplianda. ff. de re. iu. & gl. fi. in. l. cauſas, vel lites. C. de trāſac. & Car. in tit. de reſcri. conſi. vij. poſt princ. & Do. in. c. quoniā. i. iij. co. xviij. di. Et ſeruiūt, quę dixi in. c. j. in. xiiij. co. ver. recipit aūt hæc. iiij. fal. ſ. ti. px. pro bando multipliciter, ꝙ in dubio Papa non præſumitur velle derogare iuri cōi. ¶ Non obſt. c. j. de conſti. in. vj. vbi condendo ius nouum, derogatur iuri antiquò, non facta eius mentione, quia vbi condit ius, præſumitur recordari Papa de iure contrario, & velle ei derogare. Sed in reſcriptis non præſumitur habere ſcientiam iuris ita promptam, propter multitudinem reſcriptorum, quæ concedit, ſecundū Do. poſt Io. de ſan. in. d. c. j. in. viij. co. dicentem poſt Imo. ad hoc facere. c. cum olim. de re iu. ¶ Nec obſt. ꝙ præſumitur ignorātia in proprijs reſcriptis. iuxta no. j. e. c. ab excōicato. quia iſtud operatur multitudo factorū, ſuper quibus reſcripta cōceduntur, quę inducit probabilē ignorātiā, vt probat tex. in procemio cle. & factis intricatis, vel multiplicibus, præſumit ignorantia, vt no. in. d. c. ab excommunicato. ſecūdum eum.

Amplia primò hanc regulā etiam in priuilegijs clauſis in corpore iuris, quia de ipſis eſt facienda mentio, ſicut de iure cōmuni, nec ſufficeret in reſcriptis dicere, non obſtantibus priuilegijs, niſi dicaſ, etiam iuri cōmuni inſertis, vt no. glo. in auſ. qua in pro uincia. in verſi. illi. in fi. & ibi Bar. & Bald. C. vbi de criagi. opor. & glo. in. l. ij. §. oēs. in verbo compelluntur. vbi Bald. & in. l. hæres abſens. in prin. in verbo excuſatur. & ibi. Bar. ff. de iud. cū concor. quas dixi in. c. j. ſ. e. in verſi. fallit. iij. Et faciunt quæ dixi in. c. cū ordine. ſ. e. probando, ꝙ multipliciter iſta priuilegia æquiparātur iuri cōi.

¶ Quādo ī reſcripto. Adde, ꝙ teneo iſtam opin. quicquid dicat hīc Feli. & malè. & idē teneo vbi eſt clauſula excerta ſciētia, quæ ſufficit ad tollendam legem quæ habet clauſulam derogatoriam ad reſcripta, vt in iſto tex. & in tex. c. ſtatutum. e. ti. li. vj. dū modo de certa ſcientia Principis per verba reſcripti poſſet appare re, quod præſumitur, etiam ſi expſſè nō dicatur. Et iſtud tenuit Gof. & Io. And. hīc, vt per. d. Abb. in gl. in ver. mentionē. & Gemi. in. c. ſtatutum. e. tit. in. vj. in. iiij. co. in verſi. ſecundò not. & idem ſentit ipſe met Feli. hīc infe rius, in ver. So. licet arg. ſtringat. & in verſi. limita primò hanc quam fallētiam. vbi dicit, ꝙ dictum Gof. & Io. an. ſeruatur in practica. & ipſe Fel. no. ibi hoc, quare cōſulendo & iudicando non recedere à Spe. Gof. & Io. an. adde ꝙ per iſta limitatur gl. in cle. ij. eo. ti. quæ dicit, ꝙ princeps facit ex certa ſcientia, quando in reſcripto illud expreſsè dicit. Sufficit ergo, vt appareat, etiā ſi expreſsè nō dicatur. Adde ꝙ iſtud habet locū, non ſolùm in certa ſciētia, ſed etiā in motu proprio quia ſi [a] apparet, ꝙ Princeps fecerit aliquid motu proprio, etiam ſi non exprimat ꝑſumit motus ꝓprius. Ratio eſt, quia tantum valet, ꝙ princeps dicat, ex certa ſciētia, quātum ſi diceret, motu ꝓprio. Nā iſta duo æquiparantur, vt per ſcribentes in. c. ad hoc. ſ. eo.

¶ Et ista ampliatio procedit, vt dixi etiã quãdo in rescripto est clausula, non obstantibus priuilegijs: quia nõ includit priuilegia inserta, licet aliãs q̃n Papa non dat rescriptum: sed priuilegium, non sit necessaria mentio iuris cõis meri, & non priuilegiati, vt j. in. ij. fal. ¶ Et si diceres, si debet fieri mentio de insertis in iure, q̃n datur priuilegium cõtra ius? Rñdetur, ꝙ licet in rescripto sit facienda mẽtio de iure cõmuni, & etiã de priuilegio in eo inserto, q̃n ei derogat, tamẽ in priuilegio non est necessaria mentio iuris cõmunis nec priuilegij inserti in iure, si non habet clausulã derogatoriã ad priuilegia. Sed simpliciter clausula, non obstantibus priuilegijs posita in priuilegio, non operat contra inserta in iure: nõ quia non præsumatur nota Papæ, sicut ius: sed quia derogando simpliciter priuilegijs, nõ præsumit cogitare de eis, sed de non insertis, quasi non inserta appellentur ꝓpriè priuilegia, sed inserta dicantur ius commune: vt fuit dictum subtiliter. d. c. j. vbi vide plenius.

Amplia secundò, nedũ si rescribitur contra ius cõmune, sed etiã si contra statuta inferiorum, quia in dubio nõ præsumitur Princeps velle eis derogare. per. c. j. de consti. in. vj. Et ad hoc vide latè Io. an. in. c. ei cui. de præbẽ. in. vj. dũ ostendit, ꝙ p literas Papæ nunquã derogat statutis requirentibus certas qualitates in promouendo. Et est solẽnis deci. Rotæ. de preb. j. in nouis: loquens de statutis & ordinationibus factis per fundatores beneficiorũ. de quo etiam latè per Do. in. d. c. ei cui. in. vj. col. cum seq. & omnino per Alb. in. j. parte statu. q. cxlvij. inci. statuto alicuius eccl. in .iij. col. vbi accuratè insistit super dictis Io. an. in. d. c. ei cui. quẽ refert fuisse reprehensum de incuria, per quẽdã Car. tenentẽ contra ea, quæ dixi.

10 **Sed no.** † quatuor dicta pro nunc. Primò, ꝙ litteræ Papales in quibus conceduntur beneficia possunt tollere consuetudines & statuta, & sufficit apponere clausulã generalem: licet nõ opponatur tenor statutorum, secundum Bal. in auf. omnes peregrini. in vlt. co. C. cõmunia de succes. Et idẽ sentit Bal. in auf. nauigia. in j. no. C. de fur. & dicit hoc esse no. dignum.

No. secundò, ꝙ clausula, non obstãtibus statutis illius ecclesiæ: non tollit statuta illius ecclesiæ condita per Papã, secundũ Lu. rosplenè consi. eccxxvij. quia difficilius tollit Papa cõstitutiones prædecessoris, quã statuta inferiorũ, vt ibi latius per eũ. Et si diceres, imò facilius tollitur ius Papæ, quã statutum inferioris, quia vbi conditur lex noua cõtraria legi priori, censetur illi derogatũ, etiã si non dicat: & tamen secus in statutis contrarijs. d. c. j. de consti. in. vj. Respondet licet Lu. hoc non tãgat, negãdo assumptũ, quia nõ probatur in. d. c. j. quòd si difficilius tollat statuta, sed bene probatur, ꝙ non præsumit scire statuta. & ex ista præsumpta ignorantia inducit præsumptio, ꝙ in dubio nõ velit ea tollere. Non aũt hoc præsumitur, quia sint fortiora, sed cum præsumatur scire legem, præsumetur eam tollere faciendo legem contrariam.

No. tertiò, quòd si statutum impedit totaliter effectum gratiæ, censet sublatũ p. d. c. clausulã, nõ ob. statutis. Sed si nõ tollit, sed differt, tũc non censetur sublatũ, per. d. clausulã secundũ Do. in. c. si propter tua debita. in. vj. col. de rescri. in. vj. propter gl. ibi: in verbo, impediri. Oportet ergo, vt dicatur, nõ obstantibus statutis, per quæ nostra concessio impediri, vel differri posset. Quod bene nota ad multas dispositiones derogantes obstaculis impeditiuis: quia non dergent delatiuis: & sic tollunt exceptiones peremptorias non dilatorias.

No. quartò ꝙ si dicitur non ob. statutis, nõ intelligit de iuratis, vel p Papã infra
a matis, nisi exprimatur, a & istud latè habuimus. ſ. eo. c. eõ

a ¶ Nisi exprimatur. Adde Ludo. Pon. singu. in. l. si verò. §. de viro. xxiij. fallen. solu. ma. &. d. Alex. de Imo. in consi. ciij. iiij. parte. Et ad materiam istius clausulæ, non obstantibus statutis vide & adde, qd̃ per eum habetur in. l. si stipulatus. §. cũ stipulamur. de verbo. obli. & quod habeẽ per And. Barb. in cõsi. quod est post consi. ciij. ſ. alleg. Alex. iiij. parte.

stitutus. Quædam alia circa prædicta videbimus ex prædictis sequentibus fal.

Fallit nouem modis ista secunda regula. Primò, ni si dicatur in rescri. non ob. quacũq; lege, quæ in cõtrarium loqueret, secundũ Io. and. in. d. c. vnico. de excess. præla. in. vj. & Abb. hîc, & alios de hac materia loquentes. Et non sufficeret dicere, non ob. quacunq; lege. quia istud est generaliter loqui. nec oportet dicere, nõ ob. tali, nominãdo eã in indiuiduo. Quòd istud esset singulariter loqui secundum Bar. ita cõcordantem multas gl. in fi. C. si contra ius, vel vti. pu. & ibi Bal. Et idẽ notat Bar. in extrauag. ad reprimendã. super verbo, non obstã. in prin. & p Pe. de anc. in rep. c. si ꝓpter. in. xxj. co. ver. d. Bar. de rescri. in. vj. & Imo post Bu. in. c. q̃in ecclesiarũ. in xiij. co. ſ. ti. ꝓxi. & sic intellige Arch. xxv. q. ij. ĩ sum. in fi.

Super quibus verbis est aduertendũ quatuor modis. Et primò aduerte, dum Bar. ponit hanc doctrinam. in. d. ver. nõ obstant. quia videt loqui etiam quãdo procedũt iura derogatoria: & sic videt velle, ꝙ tunc non sit opus alia mẽtione magis speciali. Sed cõtrarium est verius, vt tenet hîc Ab. dum dicit, ꝙ cõtra alia iura opus est mẽtione speciali, vel per verba æquipollentia: puta nõ ob. constitutione, quæ de duabus dictis loqtur, licet expresse non dicat: quæ inci. nonnulli. & idem Do. in. d. c. j. in. ix. col. de consti. in. vj. Sed quãdo rescribitur cõtra legẽ nõ habentẽ clausulã derogatoriam, sufficit dicere, non ob. lege in contrariũ faciente. Posses fortè dicere, ꝙ Bar. in. d. verbo, non obstan. loquitur in lege habente clausulam derogatoriã ad rescripta, per viã regulæ, sec⁹ in lege speciali, quæ derogat rescripto: quo casu requiritur specialis mentio, vt etiam dicetur post Bal. paulò ĩ. in vers. aduerte quartò.

Aduerte secundò, quia dicit Pau. de ca. in. d. l. fi. se nõ comprehendere differentiã quã facit Bar. inter hanc clausulã, non ob. quacũq; lege. & illam, non obstante quacũq; lege cõtrariũ disponẽte. Nã etiã si solũ dicatur, non ob. quacunq; lege, tacitè subintelligitur. ſ. cõtrarium disponente. Non enim intendit tollere non cõtrariantẽ, sed solùm contrariũ disponentem, contrariantẽ. vnde non plus operat expressio, quã si facta nõ esset, postquã subintelligitur secundũ ipsum. ¶ Huic motiuo respondet do. Bap. de sancto Seuerino inter primarios aduocatos consistoriales nunc celeberrimus, in repe. l. omnes populi. in. xix. char. ff. de iusti. & iu. ꝙ licut expressa derogatoria posita in primo statuto à populo, operatur idem, quod tacita subintellecta, vt in. iij. fal. præcedentis regulæ eò, ꝙ non derogatoria sequentis statuti expresse cõcepta à populo operatur idẽ quod tacita, aut subintellecta, quia quãto expressius excipitur, tanto validius operatur. Hanc responsionem nõ capio, quia negatur, ꝙ ista non sit derogatoria expressa, dicere non obstante quacũq; lege, nã imò videtur derogare. & si ista esset derogatoria tacita, prout vult iste, ꝓ facto esset etiam tacita cum illa cauda, videlicet in cõtrarium faciente, quia per illud verbum, nulla lex nominat nisi contrarians, & illa nominatur implicitè. & ita etiã fit quando non est illa cauda, quia vt dicit Pau. de ca. nõ intelliguntur illa verba de lege non contrariante, sed de contrariante. ergo illa adiectio, videtur superflua. vnde placet opi. Pau. ꝙ sufficiat dicere, nõ obstãte quacũq; l.

Aduerte tertiò, quia dominus meus de Aretio in dicto speciali commento. c. j. ſ. e. dicit, ꝙ dicta forma. ſ. non obstante. l. in contrariũ faciẽte, non videtur esse sufficiens, quia ista verba possunt se referre ad contrariã legis dispositionẽ, & nõ ad clausulam derogatoriam sibi annexam. & hoc videt sonare prima facie. Vnde idẽ Bart. in. d. verbo, non obstãtibus, ponit meliorem doctrinã secundum eũ, videlicet, vt dicatur non obstante aliqua lege, quæ id fieri, vel concedi prohiberet

hiberet. Nã respectu dispositionis legis præcedentis, nõ est necessaria clausula, nõ obstãte: sed respectu clausulæ derogatoriæ sibi adiunctæ, quã prima forma nõ tollit, sed secũda fic. & cũ hoc trã sit præfatus doc. in. d. l. j. ¶ Sed cogitabis super ista cõsyderatioẽ. Si eñ nos loquimur, quãdo rescribitur cõtra legẽ habentẽ clam derogatoriam, clarũ est, ꝙ debet fieri mẽtio specialis, vel de equipollentia: vt hîc per Abb. & dixi. ſ. Si loquimur, quãdo scribit cõtra nõ habẽtẽ clausulã derogatoriã, sed simpliciter prohibẽtẽ aliquid fieri, tũc sicut in simili dictum est. ſ. post Pau. de ca. nõ videtur differre istæ formæ scribendi. vel ꝙ dicat, nõ obstãte quacũq; lege: vel nõ obstãte lege, quæ id fieri prohiberet, quia loquendo primo modo clarũ est, quod intelligitur de lege cõtraria, quatenus obstat, non quatenꝰ nõ obstat. & ideo supfluè videt dici, quę id fieri prohiberet. Prætereà Bar. in ver. non obstãtibus. nõ videt dare formam certã, sub qua debeat fieri ista derogatoria, quia dicit sic ad literã. Puto, ꝙ sufficiat, si dicat, non obstãte aliqua lege derogatoria: vel quã hoc fieri prohibeat, & similia. Ecce, ꝙ nihil firmat, sed solũ vult, ꝙ sufficiãt talia verba, ꝓ quæ derogęt legi cõtrariæ. Et ideo dicendo, non obstante quacunq; lege: videtur mihi, ꝙ sufficiat: quia perinde est ac si diceretur, si aliqua lex obstat, intelligat ei ꝓ hac vice derogatum, attẽta mẽte Pau. de ca. vbi. ſ.

Aduerte quartò, secundũ Bal. in. d. l. fi. C. si cõtra ius. quia q̃n lex statuit prohibẽdo aliquid concedi in specie: tunc requiritur specialis clausula. Exemplũ in. l. ratas. C. de rescin. ven. vbi specialiter prohibetur concedi militibus facultatem rescindẽdi perfectas venditiones. Sed si lex prohibet concedi in genere per viã regulæ, tunc sufficit generalis clausula, non obstãte: vt in casu. l. nec damnosa. C. de preci. Impe. offe. vbi nec dãnosa fisco, nec iuri cõtraria postulare oportet. & sic gñalis clausula derogatoria derogabit gñi & species speciei, nõ aũt genus speciei. ar. l. legatorũ. §. qui plures. ff. de le. ij. ¶ Et istud dictũ est satis cõmodabile, secũdũ dñm meũ. in. d. c. j. Pro quo dicit esse gl. or. in auf. quib. mo. na. effi. fui. §. fi. in gl. mag. circa medium. & gl. j. in auf. hoc inter liberos. C. de test. licet Bar. sentiat oppositũ. in. d. l. fi. dũ reprobat gl. in. d. auf. hoc inter. Et ꝓ hoc facit secũdũ eũ, quia q̃n duo sunt specialia, illud derogat alteri, quod est specialius. arg. l. in sacris. la iij. & quod ibi Bar. circa mediũ. C. de prox. sacr. scri. li. xij. & expsse nõtat Bar. in. d. extrauag. ad reprimẽ. in. d. verbo, nõ obstãtibus ad fi. & Bal. in. l. j. §. vbi aũt. ij. col. C. de cad. tol. vñ si præcedit dispositio legis particularis habẽtis clausulã derogatoriã in indiuiduo, probabile videt, ꝙ generalis clausula, nõ obstãte: sufficiat. Et hanc opi. dicit sentire Bal. in. l. eã quã. xij. col. ver. sed pone quidã. C. de fideicõ. & clarè tenet Bal. in præludijs feudo. in. xiiij. col. ver. Idẽ dicit An. de Iser. dicens, ꝙ sufficeret dicere, nõ obstãte aliqua lege quæ in cõtrariũ loqueret, etiã si de ea deberet fieri mentio specialis. & ita remanet præfatus doct. in. d. c. j. non tangens plura, quo ad propositum nostrum.

Pro intelligentia huius puncti multũ importãtis, cõsidera separatim tres casus. Primus est, q̃n lex derogans rescrip. dat eis formã declarando, qualia debent esse, vt obstẽt legi, quod rarò fit. & istud est clarũ: tũc eñ seruabitur illa forma, per illũ tex. cũ simili. ¶ Secundus casus est, quando lex prohibet rescripta concedi, & eis derogat. Nõ tñ dat modũ, vel formam, qua illi legi derogari possit. & isto modo loquatur lex, ratas. cũ fi. Importabit aũt ista quarta aduertẽtia multum notabiliter, ꝙ tunc requirit mẽtio specialis æquiuoca. Et ita põt intelligi Arch. xxv. q. ij. in sum. in fi. & istud possumus sequi p prædicta: quãuis Imo. hîc. in. v. col. ver. sed tu potes. reprobet expsse Bal. dicẽs, ꝙ opinio Bar. procedit etiã, q̃n constitutio simpliciter derogat rescripto, seu impetrationi: per not. in. l. fi quis in prin. testamẽti. ff. de le. iij. ¶ Tertius casus est, q̃n lex prohibet aliquid fieri in certo casu p viã generalis regulæ, tñ nõ dicit, ꝙ non valeat rescriptũ in cõtrariũ: nec ei derogat. Et isto casu clarum est, quòd rescriptũ derogans huic legi, debet habere clausulã nõ obst. vt. ſ. in hac regula: sed non percipio ex locis proximè allegatis, vtrum sufficiat clausula generalis, non obst. & videretur, ꝙ non, attentis verbis Bal. in. d. l. fi. dum dicit, ꝙ vbi lex prohibet p viam regulæ, sufficit generalis clausula, non obstãte. ergo secus, vbi specialiter prohibet, vt ipse videtur firmare. ¶ Sed puto cõtrariũ, quia nõ loquitur Bal. in prohibitione legis generalis, vel specialis, sed derogatione, quæ fit ad rescripta per legem specialẽ, vel regularẽ. Quo casu si fit dero. per legẽ specialẽ, debet fieri mentio specialis, vt in secundo casu. Sed ista stãt simul, ꝙ lex nõ deroget rescri. nec regulariter, nec specialiter. & tñ prohibeat aliquid fieri specialiter, & tũc puto esse de mẽte oĩm, ꝙ etiã cõtra illã specialem prohibitionẽ, quæ de rescriptis nihil dicit, sufficiat clausula, nõ obstãte quacunq; lege. Esset enim ista cõclusio nimis ardua & noua, ꝙ nũquã sufficiat simplex clausula, nõ obstãte, q̃n rescribit cõtra legẽ specialiter prohibentẽ aliquid fieri, sed solũ cõtra generaliter prohibentẽ. Sed dicemus, ꝙ illa generalis clausula, nõ sufficit, q̃n lex nedum prohibet aliquid specialiter fieri, sed aliquid cõcedi, vel impetrari. & tũc requiratur specialis clausula, nõ obstãte lege de tali materia loquente. vel, etiam si esset talis, de qua oporteret facere specialẽ mẽtionẽ. & ista itelligẽt no. tãquã subtilia & nouissima.

11 **Fallit** secundò prædicta regula, † q̃n Princeps scribit p viã priuilegij, quia non est necessaria clausula, nõ obstãte, secũdũ Hos. in sua sum. in isto ti. §. quas vires. in. iiij. co. ver. sed potest distingui, quia priuilegiũ est lex priuata. iij. di. c. priuilegiũ. & sic de sua natura derogat legi, & debet aliquid operari vltra ius cõmune, etiã si nõ exprimat. Et sequitur Io. an. & Do. in. d. c. vnico. de excess. Præla. in. vj. & Imo. hîc in. vj. col. & Bu. in. d. c. j. ſ. e. & Nico. Milius in reper. in verbo, priuilegiũ. in. iij. col. Adde Bal. in. l. lapilli. in. iij. col. ver. ego dico. ff. de re. diui. vbi dicit, ꝙ eoipso, ꝙ Princeps vocat ipsum priuilegiũ, & bullã bulla priuilegiorũ, nõ est necessaria alia clausula, quia satis apparet, ꝙ tũc ipso facto vult infringere ius cõmune. Allegat. l. quidã cõsulebãt. ff. de re iud. In legibus aũt nõ est necessaria clausula, non obstãte. per. c. j. de cõst. in. vj. secundũ eũ. ¶ Et istud dictũ Bal. sequitur Martinus Laudẽsis in tractatu. de priuilegio. c. xxxix. Addens, ꝙ licet rescripta debeãt intelligi secundũ ius cõmune, tñ priuilegia Principis debent intelligi cõtra ius. Allegat gl. ſ. c. cãm. & no. in. l. j. ff. de cõst. Principũ. Et istã fal. tenet etiã Car. post Lap. in cle. j. in. iij. q. de cẽsibus. dicens valere priuilegium cõtra illã cle. non facta mentione ipsius.

Limita primò hãc fallentiã. Nisi ius cõe habeat clausulam derogatoriã, etiã ad priuilegia. prout habet. c. vnicum. de excess. Præla. in. vj. quia tunc nõ valet priuilegiũ, nisi faciat mentionẽ illius iuris, secundum Car. in. d. cle. j. An aũt, & q̃n fit facienda mentio de priuilegio inserto in iure cõi, vide dicta. ſ. e. c. cum ordinem. & quid de priuilegio contrario, quando fit facienda eius mentio, dixi. ſ. eo. c. j. & ibi etiam, quid si priuilegium cõtrarium continet idem, quod ius commune.

Limita secũdò hanc fallẽtiã, nisi priuilegiũ tendat ad præiudicium tertij, quia requirit clausula, nõ obstãte, vt dicetur ĩ. j. in secũda limitatione. iiij. fallentiæ. ¶ Sed cõtra istam fallẽtiã tenet solus. d. Abb. hic, per. c. ex parte. de capel. mona. vbi nõ valet cõfirmatio facta religioso de prioratu clausträli, nõ facta mẽtione de iure cõi cõtrario. Nã sæpe talia priuilegia emanãt cõtra ius ex nimia importunitate petẽtiũ. & ideò, nisi fiat mẽtio de iure, saltẽ in genere, præsumitur Princeps velle cõcedere priuilegium cõtra ius. & hoc dicit sentire Bar. in. d. extrauagãti ad reprimẽ. in fi. & in. d. l. fi. C. si cõtra ius. Facit gl. in authẽ. quæ. mo. na. effi. sui. §. fi. quæ dicit, ꝙ debet fieri mẽtio de illo iure. & facit gl. in. l. quoties. ff. ne quid in flumine pu. & in authẽ. hoc inter liberos. C. de test. secundũ ipsum. ¶ Pro ista noua opinione adduxi aliãs publicè cõferẽdo certas cõsyderationes nouas, quarũ aliquas refero nõ bene tunc dissolutas. Tñ quia in qualibet ponet nũc fol. & patebit rñsio ad motiua Abb. ideo tandẽ remanebim⁹ cũ opi. cõi, se quẽdo hãc fallẽtiã, licet nõ inuenerim aliquẽ Mod. discutiẽtẽ hãc opi. d. Abb. cũ quo trãsit hîc And. Sicu. Primò pro ista parte videtur vrgere. d. c. ex parte. inducẽdo subtilius in verbo, non credimus. iuncto. c. ij. de sta. mo. in quo se fundat. d. c. ex parte. Nã in. c. ij. non est aliqua clausula derogatoria ad rescripta, & tñ dicit in. c. ex parte. non valere literas nõ faciẽtes mẽtionẽ de dicta cõstõne. ¶ Et si diceret. c. ex parte. habet clausulã derogatoriam ad priuilegia, dũ dicit, nolumus tenere literas in cõtrariũ. Rñdetur, ꝙ loquitur de literis cõdẽdis post illã. Decretalẽ, sed illis iam concessis de quibus ibi fit mentio, non præcesserat lex habens clausulam derogatoriam. quod verbum pondera tanquã nouum. Si diceres

præcesserat cõstitutio concilij, quæ præsumitur habere in se clausulã derogatoriã: resp̃ deretur, ꝙ istud est falsum: vt fuit conclusum in prin. primæ regulæ. *Si* diceres, Concessio de qua in.c. ex parte. nõ fuit in forma priuilegij, quia tex. ibi nõ aperit hoc, sed solũ dicit cõcessum fuisse per literas Apostolicas. Resp̃detur fatẽdo, ꝙ text. ibi non aperit: sed in dubio talia
det ab illa vtrum attenta infra. x. dies faciant videri renuntiatum esse appellationi, sicut post appellationem. Et concludit, quòd debet distingui, vtrum iste sit spontaneus, vel non: non autem an sit executiuus, vel non: quia etiam si esset executiuus, sed non spõte: puta acceptando terminum non petitum, non videtur renuntiare. ¶ Secundò limita: nisi actus tendat ad augmentandũ desideriũ appellantis. quia talis actus non inducit renuntiationem appellationis, secundum Abb. hîc, post prædictos. & glos. in cap. si à iudice. ver. nõ teneris. de appel. in. vj. & Rotam decisio. cclxxxvij. quę incipit: licet appellationi interponendæ. in fin. in ver. crederem quòd si actor. vbi approbat simpliciter glos. de qua. s̃. & ibi dicit, quòd si actus tendit ad declinandam iurisdictionem &c. vide ibi. & vide Rotam etiam decisio. ccccl xxij. in eisdem verbis, quæ incipit: Si ille qui à sententia diffinitiua. & ibi etiam allegant illam glo. & ibi optimè declarant. Et vide etiam Domin. in cap. si à iudice. in. vj. vbi etiam declarat dicens, dummodò doceat de grauamine per simplicem informationem, non tanquam coram iudice: sed tãquam coram extraneo. Et pro gl. illa simpliciter vide Phil. de Perusio in cap. cum teneamur. de appell. vbi dicit, quòd ille tex. rum pit istam decisionem Rotæ. ¶ Sed credo, quòd opi. Rotæ sit verior: & quòd non obst. c. cum teneamur. quia ibi non moueatur iurisdictio iudicis à quo super eo, in quo erat pronuntiandum per iudicem ad quem: meritò respectu illius articuli, nulla est contrarietas. secus in casu decisionis Rotæ: de qua. s̃. quia petebatur ibi, quod pertinebat propriè ad iudicem ad quem: ergo erat cõtrarietas. quæ no. ¶ Tertiò limita: dummodo actus gestus per appellantem coram iudice à quo, fuerit in iudicio approbatus. Secus si nõ fuit aprobatus: quia neq; à iudice: neque à parte poterit dici istum renuntiasse: quia fundant se in actu, quem impugnauerant: contra regulam, ex eo. de reg. iu. in. vj. c. cum olim. de censi. Do. hîc allegant glos. in. c. cum venissent. in ver. obtinuit. de eo, qui mittit. in pos. causa rei seruan. & text. in c. mulieri. de iureiur. Et vide Ludo. in singulari. clij. inci. appellans. vbi allegat pro singulari illam glo. in. d. c. cum venissent. ¶ Secũdò vide Abb. in. d. ca. cum venissent. in. iij. colũ. vbi dicit, quòd illa glos. ponit limitationem ad istum text. & Abb. consil. ij. vol. j. ante fin. vbi dicit, quòd eatenus videtur pars primum actum approbare, quatenus per aduersarium approbatur. allegat dictam glos. & vide Inno. in. d. cap. cum mulieri. vbi dicit, quòd contra cõfessionem propriam, etiam iuratam: potest quis venire, si fuit reprobata per sententiam: nec incurrit periurium, neque leuem notam. & Bald. allegat hîc dom. Inno. in. l. si creditoribus. in fi. C. de ser. pigno. da. manu. & ibi dicit, quòd vbi actus fuit reprobatus, licitum est allegare turpitudinẽ propriam. & alibi dixit idem Bal. in. l. si quis testibus. in. ij. col. C. de testib. & in. l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cle. quòd non dicit sibi contrarius, qui venit contra proprium actum impugnatum in iudicio, allegando Inn. vbi. s̃. Vide etiam Bald. in authen. nouo iure. in fi. C. de pœna iudi. qui malè iu. vbi dicit, quòd si aliquis dixit in syndicatu. &c. vide ibi per ipsum. allegat Inno. vbi. s̃. ¶ Vltimò vide etiam Bald. in. l. j. in penul. colum. C. de confes. vbi dicit, quòd nemo cogitur perseuerare in confessione reprobata. & allegat Inno. vbi. s̃. & pro hoc dicto Inn. est glos. sing. in authen. item si possessor. in glo. fin. in fi. C. qui po. pigno. habe. ¶ Vltra Abb. hîc ponit dom. Ant. Dom. & Inno. aliam limitationem: hoc est, dummodo actus consistat in agere, prout ibi. & in cap. ex ore. de his, quæ fiũt à maio. par. cap. secus si consistat in pati. Allegant Inno. in ca. olim. el. iij. in fin. de resti. spol. vbi dicit, quòd si iudex excommunicauit me post appellationem: & ego tollerem excommunicationem abstinendo à prohibitis excommunicato: nõ videor renuntiare appellationi: neque sententiam ratificare. maximè si protestor, quòd nolo appellationi renũtiare. pro hoc allegat Dom. rationem: quia actus consistentes in patiendo, non arguunt ita consensum: sicut actus consistens in agendo. allegat glos. in. c. cum dilectus. de consuet. in verbo suspẽsus. ibi plus tollit negatio, quàm ponat affirmatio. ¶ Melius allegasset Ant. in. c. veniens. in. ij. colum. de fil. presbyt. vbi dicit, quòd † vbi actus, qui fit per superiorem consistit in pati, nunquam dicitur dispensare. Et si actus cõsistens in pati: nun inducit dispensationem per text. in Cle. fin. in fin. de senten. excõmuni. & allegat Inn. in loco præallegato. Et allegat vnam glos. in c. cum decessissent. in verbo, contraxerunt. de consti. ibi: dicit Ioan. vbi vide, quæ scripsi anno præterito. & Card. in. d. ca. olim. de censi. in. ij. colum. vbi dicit illud dictum Inno. esse singulare. ¶ Nũ obstat. l. ad solutionem. C. de re iud. quia illa lex facit aliqua verba indicantia, quòd vltra patientiam aliquid fiat, propter quod videatur renuntiare appellationi. ¶ Quintò limita, nisi iudex à quo, iam admisisset appellationem: quia tunc nunquam per aliquem actum factum coram eo renuntiatur appellationi: neque renuntiari posset. Ista est vna solẽnis limitatio. & est decisio Ro. ccclxiij. de hoc. quæ incipit: ex hoc insurrexit. in nouis: per cap. cum appellationibus. in fi. de appel. in. vj. Et ad. c. interposita. §. j. de app. respondet, quòd loquitur, vbi fuit dilatum. & volunt, quòd etiam expressè renuntiari non posset; ergo multominus tacitè. ¶ Tu consydera. c. vt super. in fi. de ap. in vj. vbi iniusta denegatio Apostolorũ habetur pro declaratione. & tamen adhuc renuntiari potest. Et ad. c. appellationibus. dic, quòd nihil dicit de renuntiatione: hoc est, si partes renuntiarent. Tamen cogitabis: quia oportet videre vtrum dicta denegatio æquiparetur dilationi omnino. ¶ † Sextò limita: nisi iudex à quo dolo induxisset appellantem ad talem actum: quia non dicetur renuntiasse appellationi. Decisio est Ioan. Andr. in. c. pen. in. ij. colum. de religio. domi. per illum text. & sequitur Ant. ibi, in. ij. col. per gl. in. l. dolum. C. de dolo. ¶ Septimò limita: nisi actus fiat non ab app. sed ab aliquo eius amico, vel filio, eo non mandante: nec ratum habente, talis enim actus non nocet. Ita dicit Ioan. And. in. c. cum teneamur. super ver. reformare. de appel. in fi. ¶ Octauò limita: nisi iudex coram quo appellans reuertitur, & qui grauauit, gerat vicem indicis ad quem: puta legatus in partibus habens ex priuilegio potestatem cognoscendi de appellationibus ad Papam interpositis: quia actus coram eo factus, non inducit renuntiationem. Ita expressè vult Inno. in. c. venissent. super verbo, coram eo. de eo, qui mittitur in poss. Et ratio est: quia videtur potius aditus tãquã iudex ad quẽ, quã tãquã iudex à quo: vt actus potius profit agenti, quàm noceat. ¶ † Nonò limita: nisi adeatur, vt iudex tanquã bonus vir: fortè qa appellãs quærit cõpositionẽ cũ aduersario. Decisio est Host. in. d. cũ venissent. ¶ Decimò limita, nisi fiant actus cõcernentes solennitatẽ appellationis: puta petere apostolos: quia per tales actus renuntiatur appellationi. text. est in. c. ab eo. de appel. in. vj. ¶ Vndecimò limita: nisi litigaret coram eo per metũ: & iã opportunè ꝓtestatus fuisset de grauamine. & quòd non appellasset, quia timebat. Nam prosequendo litem durante metu, nõ renuntiat appellationi. & expressio grauaminum habet vim appellationis. Hoc est singulare dictum Inn. in. c. si iustus metus. de app. & per omnes alios actus videtur renũtiari appellationi exceptis istis, quos not. ¶ † Glos. in verbo, *quasi cœptum.* not. hîc Abb. quòd hoc verbum, quasi. [a]importat de sui natura diminutionem: vt est glos. in cap. parochianis. de deci. & text. in. l. facto. ff. de condi. & demon. & glos. in cap. prout. de do. & contumac. & Moder. hîc allegãt Bal. in. l. si de functus. C. de legi. hęredi. ¶ Secũdò allegant gl. & ibi Ang. in. l. j. ff. de transac. &

[a] ¶ Verbũ. Adde tu quòd verbũ quasi, positũ in statutis, denotat proprietatem, non im proprietatem. Ita Bart. singulariter in vlt. col. in ver. respondeo. ff. de ficarijs. & in. l. diuortio. ff. si fundũ in prin. ff. fo. mat. & aliqd in. l. hoc colore. ff. de inoff. testa.

do. Abb. in c. ad noſtram. el. iij. in. vj. colũ. de iureiu. & Old. conſi. clv. & Abb. in c. cum inter canonicos. in penul. col. de elec. & Do. poſt Archi. in c. quia à te. l. di. in j. colum. vbi dicit, quòd aliquando dictio quaſi, capitur pro tanquam. & allegat pro hoc gl. in ver. quaſi matrem. in c. ij. de priuileg. in. vj. & allegat gl. in c. quando. §. ꝙ ſi ſuper. vt lit. nõ conteſt. ¶ Aliquando verò ponitur proverita te: & allegat gl. in d. c. parochianos. ¶ Aliquando verò importat ſimilitudinem, & etiam veritatem. & allegat Iob ibi, quaſi impius percuſsit eos. ¶ Aliquando verò excludit, vt ſi eſt adiuncta numero. excludit enim minimam partem numeri. c. cum dilecti. de elec. ¶ Aliquando verò importat veritatem actus geſti: ſed addit eius reſtringibilitatem. de hoc allegat text. in cap. cum inter canonicos. de elec. & ibi gloſſ. in ver. quaſi ſpirituale & gloſſ. vltra Domin. in l. iij. ff. de condi. ob cauſ. dat. & facit textus in eadem. l §. ſubtilius quoque. eſt teſt. in capitu. querelam. in ver. quaſi poſsidere. de ele.
¶ Gloſſ. in. ver. *maximè mortuo Papa ipſo facto expirat iuriſdictio.* Et ex hoc ſequitur quòd nõ eſt opus excipere. ¶ Secũdò ſequitur, ꝙ etiã volẽtibus partibus ꝓcedere nõ poteſt. Et ꝙ expiret ipſo iure iuriſdictio, eſt tex. in c. ſi cui. in fi. de præben. in. vj. vbi dicit, ꝙ ſi executor eſt datus ad gratiã finiendã, ꝙ expirat eius poteſtas oĩno mortuo concedẽte re integra. ergo totaliter expirauit incõtinẽti. Ita ibi Do. Nã illud verbũ oĩno importat ipſo iure, propter gl. in l. §. ſi pecunia. ff. depoſiti. ¶ Secũdò eſt tex. pro hoc in. c. præſenti. in prin. iũcto fi. de offi. leg. in. vj. vbi collatio facta per delegatum reuocatum, eſt ipſo iure nulla. Et probat idem text. in cap. ſi à ſubdelegato. ff. de offi. dele. in. vj. vbi text. dicit, quòd non teneris excipere: quia eſſes tibi cõtrarius. & probatur per tex. in. d. l. & quia. vbi quo ad ſumendum iuriſdictionẽ æquiparat mandatũ iuriſdictionis, & mandatum priuati. Sed mãdatum priuati expirat ipſo facto, per reuocationem. ergo etiam expirabit mandatum iuriſdictionis. ita omnes hîc. & ita in. c. cum veniſſent. de teſti.

SVMMARIVM.

1 *Iudices ordinarij cum de cauſa aliqua cognoſcere debent, vnus eorũ alijs abſentibus poteſt iudicare.*
2 *Hæredes defuncti habentes iuriſdictionem in caſtris, non poſſunt eam ſeparatim exercere: ſed omnes ſimul.*
3 *Iuriſdictio vbi competit non feudalis, neque ducalis, neque marchionis, tũc poteſt in totum diuidi.*
4 *Iuriſdictionis adminiſtratione diuiſa inter plures: vnus nõ punit aliumdelinquentem. Nam par, vel minor, delinquendo non efficitur ſubditus in loco. nu. 5.*
Iuriſdictio, in tribus caſibus non recipit diuiſionem. poſt numerum 5. verſ. Tribus tamen caſibus.
6 *Dignitas non poteſt diuidi inter hæredes: ſed præfertur priuilegiatus, numero 7.*
8 *Filius Regis, natus tamen ante adeptum regnum, an dicatur filius Regis?*
9 *Primogenitus legitimatus, an excludit ſecundogenitum legitimè natum?*
10 *Sequi quis debet regulariter maiorem partem. fallit, vt hîc.*
11 *Executor vnus, ſi ſportuus ſit, an Epiſcopus det adiunctum ſuperſtiti,*
12 *Citatio iniuſta non arctat citatum.*
13 *Nuntij quales perſonæ debent eſſe.*
14 *Reus, ſi obiecit exceptionem excommunicationis actori in iudicio: & eã non probat infra tempus, auditur actor. Si verò probat, delegatus abſoluit actorem, ſi eſt excommunicatus ob cauſam ſibi commiſſam.*
15 *Nolle & non velle, qualiter differunt.*
16 *Exceptio, an ſit probata, probata denuntiatione?*
17 *Excommunicatio, an poſsit probari per vnum teſtẽ cum iuramento partis.*
18 *Excommunicationis nomina regulariter intelliguntur de maiori.*
19 *Excommunicatus ab homine ipſe abſoluet: & non alius. Fallit duobus modis. & nu. 20.*

CAP. XXI.

PRudentiam. Si cauſa delegatur tribus cum clauſula, quòd ſi nõ omnes: niſi prius appareat de impotentia tertij, duo procedere non poſſunt. & ſi procedunt, nihil agitur. ¶ Gol. ſuper ver. *teneatur.* Vtrum illi qui habẽt iuriſdictionem, debeãt omnes conuenire: vel vnus ſolus poſsit conueniri in ſolidum. † Abbas hîc dicit, ꝙ vnus ex pluribus ordinarijs procedere poteſt: quia habet in-
1 ſolidum iuriſdictionẽ. & tenet Bal. in l. j. ff. de offi. cõſ. vbi idem. d. de duobus vicarijs Epi. ¶ Fallit hoc: niſi eſſet eis cõmiſſum aliqd vt vniuerſis. Ita Bal. Idẽ in. iiij. q. puta ſi ſtatutũ dicit, ꝙ cõſules cognoſcãt de furtis mercatorũ: qa vnus ſolus non poteſt procedere.
¶ Secũdò fallit: niſi ſtatutũ vel cõſuetudo dicat, ꝙ oẽs cõcorditer iudicẽt tunc vnus ſine alio procedere nõ poteſt. Ita Bald. ibidem.
¶ Tertiò fallit, vbi ordinarij exercẽt actũ: per quẽ finitur iuriſdictio. puta pronuntiare ſe incõpetentẽ: quia omnes debent conuenire. Ita Abb. hîc. ¶ Faciẽtes verò collegiũ, nõ poſſunt ſeparatim ꝓcedere. Ita Abb. hîc. & Bald. in. d. l. j. vbi dicit, ꝙ Antiani ſunt tãquã reguli in ciuitate. & ꝙ ab eis ſolẽt iura interpretari, ſicut etiã
2 videtur ibi per eũ. ¶ † Filij ſeu hæredes defuncti habẽtes iuriſdictionẽ in caſtris, non poſſunt eã ſeparatim in caſtris exercere, ſed inſimul. Ita Gul. in l. j. ff. de offi. conſul. & refert hîc. Andr. ¶ Dicunt hîc Mod. ꝙ Abb. mẽtitur, quòd do. Ant. bene retulerit Gul. in. d. l. j. quia imò Gul. tenet hoc in. d. l. j. & hoc etiam tenet Bald. ibi. in. vj. q. Et iſtã ſequuntur Moder. hic. ſ. ꝙ iſti filij ſuccedant tãquã repreſentantes vnũ ſolũ. Ratio: quia repræſentãt perſonã patris. Sed in eo erat vnica iuriſdictio. ergo &c. Facit ſecundũ ipſos, l. ſi. ff. de præto. ſtip. & l. inter tutores. ff. de admi. tu. & cũ hoc concordat Paul. de Ca. in l. ſi vni. ff. de re iud. & Rayne. in. d. l. j. de offi. cõſul. ¶ Sed quòd imo ſeparatim habeãt, tenet Bar. in. d. l. ſi vni. & Ab. hic per tex. in. d. l. ij. §. ex his. ff. de ver. obli. vbi probatur, quòd iura indiuidua tranſeunt ad hæredes inſolidũ. ergo & iuriſdictio: quia eſt indiuidua. Nota tamen, quòd iuriſdictionis adminiſtratio diuidi poteſt: licet non ipſa iuriſdictio. Ita dicit Bar. in. d. l. inter tutores. & ſequũtur hîc Ant. & Do. Abb. & Bal. in. c. vno delegatorũ. j. e. & Do. in. c. ij. de arbi. in. vj. ¶ † Fallit, vbi cõpetit iuriſdictio
3 non feudalis: neque ducalis: neque marchionalis: quia tunc in totũ diuidi poteſt illa. Ita Abb. hîc: pro quo Moderni allegant Bald. in c. imperialem. §. prætereà. de prohi. feu. alie. per Fede. Vbi Bald. tenuit idem, quod Abb. hic. & allegant Bart. in. l. arbor. §. iudex. ff. communi diui. & dicũt ita fuiſſe in facto Mutinæ. Et quòd adminiſtratio diuidi poſsit, tenet etiam Bar. in. l. Lucio. ff. de aqua quoti. & æſti. per illum text. & Bal. in authen. hoc amplius. C. de fideicom. in. ij. colum. vbi tenet & dicit: Fallit in maximis dignitatibus.
¶ Quid autem iuris ſit, ſi iuriſdictio eſt feudalis: an illa diuidi poſſit? Abb. hic, aliqui alij ſentiunt, quòd non: ſed ꝙmò diuidi poſsit: dummodò non ſonet nomen dignitatis: puta marchionatus, vel ducatus. tenet Panor. met cõſi. ſuo. lxxxij. col. fi. vo. j. & Spe. in tit.
4 de fer. §. j. ver. xxxiiij. ¶ † Not. quòd diuiſa adminiſtratione iuriſdictionis inter plures, quòd vnus non punit alium delinquentem. dicit Bar. in. l. inter tutores. Abb. hîc ſed Rota in nouis. deci. ccliij. contrarium tenet. inci. nunquid ſi duo. ¶ Mouetur: quia propter delictum, amiſit merum & miſtum imperium, & remanſit tanquã priuatus. Idẽ Ang. in. l. eſt receptum. ff. de iuriſdi. omnium iudi. & non allegat Bar. neque Do. de Rota. Primum dictum eſt commune, quòd puniri non poteſt. Ita tenet Gul. & Bal. in. l. fi. ff. de re. diui. & Bal. in. l. cætera. §. ſi duobus. ff. de leg. j. & Bal. in. d. §. prætereà.
5 & Pau. de Caſt. in. d. l. eſt receptum. ¶ † Reſponde ad argumentũ, quòd par, vel minor delinquendo, non efficitur ſubditus in loco. Probatur per. l. iij. §. ſi. cum. l. ſeq. ff. de arbi. Et pro hoc allego Cal. in commento. c. primi. de rap. vbi dicit: Archiepiſcopus ratione delicti, non efficitur ſubditus Epiſcopi, ſi deliquit in territorio & diœceſi ſui Epiſcopi. & Abb. ſequitur in. c. cum inferior. de maio. & obe. & facit tex. in. c. inq̃ſitores. de hæreti. in. vj. Sed quæro, qñ nõ eſt diuiſa iuriſdictio, nec adminiſtratio: an tũc exercens iuriſdictionẽ debeat cõicare lucra cũ alio? Ab. hic tenet, ꝙ ſic. Ang. verò tenet cõtrariũ. in. d. l. ſi vni. Et mouetur: quia delegatus percipit cõ modũ ſportularũ. auth. offeratur. C. de li. conte. & eſt gl. in. c. cũ ab homi. de vita & honeſta. cleri. Sed vnus ex pluribus delegatis datis ſecundum formam. c. cum plures. de offi. deleg. in. vj. poteſt ſolus abſque alijs procedere: & ſolus recipiet ſportulas: vt ibi per eum. Ergo ſic in caſu noſtro. & idem tenet Imo. & Paul. de Caſt. in. d. §. ex his. & Imola hîc fortè verius: ſed in remittendis mulctis ſecus eſt: quia ceſſat ratio laboris. ¶ Tribus tamen caſibus non cadit diuiſio vera. Primus in iuriſdictione feudali. Secũdus in iuriſdictione vnius loci tantùm: etiam ſi nõ ſit feudalis. Tertius in dignitate.
¶ In primo caſu cadit ſaltem diuiſio adminiſtrationis: vt ſuprà. di-

xi in reli

xi in reliquis verò nulla. ¶ Sed quod erit remedium adminiſtrandi in his, in quibus non cadit vlla diuiſio? dicas, quòd vbi diſcordant in vſu iuriſdictionis: & hoc intellige in ſecundo caſu, de quibus. ſ. quòd coguntur à ſuperiore: vt diuidant alternis vicibus. Ita Do. & Ang. in d. §. ex his. & ibi allegat. d. l. Lucio. de aqua quotidi. & æſti. Pro quo eſt glo. fin. in cap. licet. xvj. q. iij. Et ad hoc propoſitum allegat eam Lud. in ſingulari. ccclvij. incip. Sunt ſub Regina Ioanna. & Abb. in cap. fin. de re iudic. in. j. co. Idem tenet Abb. in dicto cõſil. lxxxij. vbi dicit, quòd iſta iuriſdictio competens in vno loco tantùm, non poteſt diuidi. & ibi dicit, quòd ſi inter multa bona eſt vnum indiuiſibile, recurratur ad §. quod commodè. Inſti. de offi. iud. & l. ad officium. C. commu. diuidund. vbi autem nõ ſunt tot bona, practicabitur quod dixi de alternis vicibus. Pro quo facit gl. in. ſi. in. c. j. de iurepatro. vbi glo. dicit, ꝙ ſi patroni diſcordant, poſſunt cõpelli: vt præſentẽt alternis vicibus. & eſt text. in Cle. j. de iurepatro. & in. c. querimoniam. in fi. e. tit. ¶ Et quòd licet aliàs in diuiſione, ſufficit quòd vnus prouocet: tamen oportet in diuiſione feudi iuriſdictionalis, quòd omnes conſentiãt: aliàs diuidi non poteſt: etiã ſi eſſet feudũ, quod diuidi poſſet. De hoc eſt tex. in §. prætereà ducatus. præallegato. in ver. ſi cõſortes voluerint. de quo fecit feſtum Abb. in. d. cõſi. lxxxij. in fi. in ver. ego notãter dico. dicẽs ab alio nõ fuiſſe ponderatũ. †
6 ¶ Vbi verò eſt dignitas, nulla prorſus cadit diuiſio. & nullũ eſt remediũ. ſed primogenitus oẽs excludit & nõ fit diuiſio. Abb. hîc p per tex. cum gl. in. c. li-
7 cet. de voto. & eſt glo. ſi. in. c. ſi hæredes. de teſt. ¶ † Amplia adeò, ꝙ pater non poteſt in teſtamẽto aliter diſponere. Ita Io. And. in. c. licet. per. l. nemo poteſt. ff. de leg. j. Idem tenet Abb. c. intellecto. de iureiur. in. ij. col. vbi dicit, ꝙ Reges non poſſunt priuare conſanguineos ex linea paterna deſcendentes. & allegat Inn. in. c. grandi. de ſupplẽ. negli. Præla. in. vj. Bal. verò limitat hoc: niſi is, ad quẽ regnũ deberet deuenire, eſſet ſtultus, vel furioſus. Ita dicit ipſe in auth. hoc amplius. C. de fideicommiſ. Et aduerte, quia licet primogenitus ſuccedat, eſt tamen obligatus prouidere fratribus, ſecundũ cõditionem ſanguinis. Ita Ioan. And. in. d. c. licet. & ibi Abb. ſequitur in. iij. colũ. & eſt cõſiliũ Car. cxxxvij. incip. ad quendã, qui in carcere. & Pet. de Anc. conſi. cccxxxviij. incip. pro maiori intelligẽtia. & Old. conſi. xciiij. inci. eleganter circa negotium, de quo agitur. & alio conſi. ccxxxiiij. inci. iſtæ ſunt allegationes. Et ibi dicit, quòd nepos exprimogenito excludit patruum. & Abb. conſi. xij. inci. magnificus Do. Io. in. j. vol. vbi dicit in. vj. col. quòd ex talibus bonis non poteſt detrahi legitima. Et ratio, quia hoc eſſet diuidere regnũ. & in alio conſi. lxxxv. eod. vol. primo inci. in præſenti quæſtione. Vbi inter alia dicit, quòd conſtitutio ſeu conceſ-
a ſio loquens de primogenito, operatur quòd omnes[a] deſcendentes ab eo gaudent iure primogenituræ: & excludit patruum. Nic. de Vbal. de peruſio, in tractatu de ſucceſsio. ab inteſt. in. x. char. ver. & propterea ſi eſt conſuetudo. & allegat Inno. in. d. c. grandi. Et vide etiã conſiliũ Paul. de Caſt. clx. inci. In cauſa quã magnificus dominus. vbi in. iiij. co. ponit hoc, quòd in feudo iuriſdictionali caſtrorũ, ſeu ciuitatũ valet teſtamẽtũ domini, in quo præfert ex cauſa primogenitũ reliquis pro bono publico. Et reſpondet ad. c. j. de ſucceſ. feu. vbi pater nõ præponit aliquem filijs. verum eſt. ſ. extraneũ. bene tamẽ poteſt præferre filiũ ſuũ alijs filijs ſuis. ¶ Quid ſi aliquis natus ante adeptum regnum: an dicatur primogenitus Regis? dicas, quòd primogenitus Regis dicitur ille, qui natus eſt poſt adeptum regnum, non ante. gloſſ. eſt in §. iam itaque. j. q. iiij. quæ dicit, quòd filius decurionis non dicitur filius de curionis, niſi ſit natus à patre decurione. & tenet Bart. in l. cum ſatis. in fin. de agri. & cenſi. C. li. xj. & gloſſ. in. l. imperialis. §. illud. C. de nup. & Alber. diſputat in prima par
te ſtatu. lquæſt. clxxvij. ¶ Non obſtat text. in. c. ad extirpandam. de fil. presby. vbi genitus ante ſacerdotium, dici
a tur filius presbyteri: quia bene fatemur, ꝙ ſit filius Regis: ſe dnon eſt primogenitus Regis. quia ab eo non fuit
9 genitus tanquam à rege: ſed tanquam à priuato. ¶ † Primogenitus legitimatus non excludit ſecundogenitum legitimum. Ita dicit Ioã. And. in regula, ſine culpa. in Mercu. in. ij. q. de reg. iur. in. vj. Quod procedit in legitimato per reſcriptum: ſed fortius dubium eſt in legitimato ex matrimonio ſubſequenti. Ioan Andr. dicit idem: in ipſo loco præallegato, quòd etiam non excludit legitimum: dicens ſe tremulentum loqui. ¶ Sed contra Ioann. Andr. hoc vltimo eſt ſolennis diſputatio do. Floriani de ſancto Petro in diſputa. quæ inci. Barto. quidam de nobili ſt irpe progenitus. in. iiij. char. & hoc credo verius, per cap. tua. qui filij ſint legi. ¶ Quòd autem interſit reipub. regi ab vno, dixi: in cap. quæ in eccleſiarum. in vlti. char. de conſti. ¶ De delegatis verò ad vniuerſitatem cauſarum, vidimus in. c. cauſam. ſ. eo. vbi diximus, quòd vnus ſine alio procedere poteſt. & ibi diximus etiã de iſtis, qui non
10 ſunt ad vniuerſitatem cauſarum. ¶ † De habentibus verò officium vtilitate & authoritate priuatum, proſequere: vt hîc pér Ab. & vide Inno. in. c. nec Epiſcopi. de tempo. ordina. Vbi dixit, quòd licet regulariter quis habeat proſequi dictum maioris partis: tamen fallit, vbi quis habet requirere conſilium quorundam. quia illis diſcordãtibus, poteſt ſequi dictum minoris partis: caſu quo tenetur ſequi conſilium illorum quorundam. Et hoc allegat Ang. in. l. maiorem. ff. de pac. & in. l. ad Principem. ff. de app. Et vide Bald. in rub. C. de exercito. in fine. vbi dicit, quòd inſtituti ad particularia negotia, dicuntur dati inſimul. Quod limitat ibi eſſe verum, quãdo dantur eodem tempore. Secus ſi vnus poſt alium: quia tunc ſunt inſolidum. Et mouetur per tex. in. l. ſi Titius & Seia. ff. de fideiuſſo. vbi ex duobus fideiuſſoribus datis cum interuallo: ſi ſecundus reſtituitur quaſi læſus, primus remanet obligatus tanquam datus inſolidum. ¶ Et not. quòd cœpta ab vno ex habentibus poteſtatem inſolidum, alius non finit: niſi incipiens impediatur. Ita Bar. Bal. & Sali. in. l. j. C. de ſportu. & An. de Are. in. l. Imperatores. §. ſi magiſtratus. ff. de app. vbi dicit, quòd ex duobus notarijs vnius iudicis, alius non finit cœpta per alium. & infert ad duos nuntios. ¶ Item conſules habentes mandatum à ſtatuto, dicuntur habere inſolidum. Si verò habent ab hominẽ, habent coniunctum. & ita Baldus. in. l. j. C. ſi ex pluri. tut.
¶ Circa. c. ſi. de teſti. in. vj. not. quòd ſi vnus executor recuſat exequi, epſcopus ſupplebit. Ita declarat Ang. de Are. in. d. §. ſi magiſtratus. Secundò ſcias, quòd text. in. d. c. ſi. habet locum in diſtributione incerta, in qua per arbitrium omnium diſtributorum debet procedi. Sed vbi eſt certa: puta lego tali pauperi, etiam vnus hoc facere & exequi alio non impedito, nec recuſato, poteſt. Ita Bal. in
11 l. nonnulli. ad fi. C. de Epiſ. & cler. poſt Ia. Bu. ¶ † Subdit etiam, quòd vno executore mortuo, Epiſcopus non dat adiũctũ ſuperſtiti. Ratio: quia malitiã & negligentiã ſupplere poteſt: caſum fortuitũ nõ. Vbi verò ambo accepta uerũt, vnus non impedit aliũ. vbi verò eſſent dati ad pias cauſas, vno defuncto, aſſociatur Epus. Ita Bald. in. l. cum magiſtratus. in princip. C. quando prouo. non eſt neceſ. Et ſubdit, quòd ſi teſtator dixiſſet, quòd vnus nihil poſſet ſine alio, vno mortuo, mandatum eſt conſumptum.
¶ Et no. quòd vbi duo executores diſcordant, Epiſco-
12 pus eliget. Ita Bal. in. l. fi. in fi. prin. C. cõmu. dele. ¶ † No. gloſſ. ibi: *& ſic patet, quòd iniuſta citatio non arctet citatum.* & tenet Abb. hîc. & Inno. in cap. ij. de dilatio. & Bald. in cap. j. & ij de inueſti. in mari facta. vbi dicit, quòd l. ſi qs ex aliena. procedit in citato coram ordinario generali. Secus coram alio: puta delegato. ¶ Secundò vide gloſſ. in cap. Romana. §. cũ autem. de appella. in vj. quæ dicit,

a ¶ Omnes. Adde tu, quòd Paul. de Ca. in l. maximũ vitiũ. C. de lib. ꝓt. tangit. q. iſtã. Pone, natus eſt filius primogenitus Regis: ex quo filio natus eſt filij? : deinde pater moriẽ, ſuperſtite auo: an filius primogeniti, debeat habere regnũ: an verò ſecundus filius aui, & ſic ſupſtes primogenitus? Bart. tenet in auẽ. poſt fratres. C. de legi. hære. ꝙ ſecundus filius debet ſuccedere auo, & nõ ne pos. Pau. de Caſt. ibi tenet cõtrariũ ꝙ filius exprimogeniro filio regis præmortuo, debet præferri alteri filio regis ſecũdogenito, ſtante conſuetudine, ꝙ primogenitus ſuccedat: & ita videtur tenere Old. in cõſil. ſuo. xciij. inci. eleganter. & Ioã. And. in addi. Spe. in rub. de ſent. & Bal. in. l. liberti. C. de ope. liber. vide Cy. Bal. Sal. in. l. ſi viua. C. de bo. mater. per Bal. in. l. cũ antiquioribus. C. iure delib. & in. l. ij. C. de ſuis & legi. & in. l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. in. c. j. de fi. nat. ex ma. ad morga. cõtra. & in. l. tutela. ff. de legi. tute. Adde Pe. de Anchar. in. c. licet. de voto. & in conſil. ſuo. lxxviij. inci. in Chriſti noie. dicta facti narratio. Raph. Cuma. in. l. cũ ita. §. fiff. de lega. j. Pau. de Caſt. in. l. is poteſt. ff. de acquir. hære. & in conſi. clviij. incip. in preſenti cauſa. Io. de Imo. & do. de ſancto Gem. in c. grandi. de ſupp. negli. Præla. in. vj.

quòd si constat citationẽ nõ arctare, non est obediendũ. & est gloss. in ca. nullus Episcopus. & in cap. conueniet. in ver. cõgruet xx. q. viij. quæ dicunt, quòd clericus citatus à iudice laico, non tenetur etiam venire ad allegandũ priuilegium suum. Et allegat ista An. in c. si diligenti. de foro compe. Et est gloss. in text. in cle. pastoralis. de re iudi. & gloss. in versi. forsan. in c. super literis. de rescrip. & gloss. in c. placita. xv. q. iiij. quæ dicunt, quòd citatio notoriè iniusta non arctat citatum. ¶ Non ob. gl. in Cle. appellãti. in ver. aliâs. de appel. quæ dicit, ꝙ notoriũ releuat ab onere probãdi, nõ onere proponẽdi: quia illa nõ procedit in eo, q̃ nõ tenetur cõparere, etiã ad illud, ad quod citatur. & loquit̃ in eo, qui est præsens in loco. Ita respõdet Abb. in ca. ex parte. in fi. de appel. & idem ponit in. d. Cle. appellanti. & vide quæ dixi in. d. c. super literis. de rescrip. ¶ Not. etiam, quòd si citatio non est notoriè iniusta, sed citatus scit eam fieri in materia, in qua non audebit contradicere: non tenetur comparere: puta, si agitur de dando fauorem Principi excommunicato. Ita dicit Inn. in c. quod sup his. de maio. & obe. Et infert ibi Bald. quòd scholaris nõ est periurus, si nõ vadit in vniuersitatem, si scit, quòd ibi tractabitur materia, cui nõ auderet contradicere. ¶ Nunquid vnus possit habere ratum factum ab alijs? Bald. in l. obseruare. § post hæc. ff. de officio procon. dicit quòd factum ab incompetenti iudice, non potest ratificari per competentẽ. Et mouetur: quia ratihabitio æquiparatur mandato priuati: sed non mandato iuris publici. ¶ Secundò mouetur, quòd delegatio causarum est quædam authoritas: sed ea, quæ sunt authoritatis, non possunt ratificari. Ita dicit Inn. in c. j. de reb. eccles. non alie. in. vj. Et de materia ratificationis ponit Bar. in l. si quis mihi bona § iussu. ff. de acqui. hære. & in l. si tertius. ff. de aqua plu. arcen. & Bal. in l. fi. C. ad Macedo. & Inno. in c. j. de eo, qui dux. in matri. quam pol. per adul. Imo. in c. vos. j. de his, quæ fiunt à Præla. & Bald. in in l. fi § sancimus. ver. necessitate. C. de bonis quæ libe. & Pet. de Anch. in repe. regulæ, ratum. de regu. iur. in. vj. & est gl. in c. j. de conuers. infidel. & ponit Bart. in l. bonorum. ff. rem ra. habe. & ibi concordat cum Inn. hîc. vbi dicit, quòd ratificatio debet requirere extremum habile. & Abb. hîc q̃ no. ¶ Gl. in ver. *literatorie*. vide Bar. in extrauagan. ad reprimẽdum. in ver. per nuntium. vbi dicit secundum legem nuntius debet esse persona diues, & approbata: per text. in auth. de iudicibus. § his autem. Puto tamen, quòd vilissimis personis congruat hoc officium: & sic infamis potest esse. & ita tenet etiam Sali. in l. tres denuntiationes. C. quomodo & quando iudex & est tex. in l. multum. C. si quis alte. vel sibi. & ibi gl. & ponit Philip. de Perusio in c. cum parati. de appel. in x. colũ. vsque ad fi. & ibi omnes. & vide Marianum de Senis, in repe. rubri. de dila. in xxviij. char. magna. in ver. decimo principali articulo. ¶ Gl. in verbo, *crediderit*. & gl. in ver. *constabit*. oportet, ꝙ qualitas sit nota iudici: & non sufficit, quòd subsit. Ita Ab. Et huc adde quę dixi in c. sciscitatus. de rescrip. Et pro hoc est idem Abb. in c. quoniam contra. de proba. & in c. ad nostrã. el. iij. de iureiur. in pen. col. & in c. fi. viij. col. de fo. compe. & in Cle. præsenti. de censi. & Ant. in c. cũ dilecti. in. vj. col. de do. & cõtuma. & Cal. de dilatio. consi. vlt. & Imo. in c. ex tenore. de fo. cõp. & glo. in c. sæpe. in ver. peremptoriè. in fi. de appel. & ibi Bal. & ad idem expressè est gl. hîc, in ver. non ostenderit. ibi: licet sciant. quam not. ¶ Glo. in verbo, citra probat quòd paria sunt facere citra, vel contra mandatum.

Adiicimus. ¶ Clausula, quòd si non omnes poteritis: sub impotentia, includit voluntatem, quo ad purificandam iurisdictionẽ coniudicum. ¶ Glos. in versi. *cũ possit*. & glo. in verbo, *redarguendis*. nihil habent; nec iste. §.

14 Sexta. ¶ † Si reus coram delegato obiecit excõicationẽ actori, quam non probat infra tempus: auditur actor. Si verò probat, delegatus absoluit actorẽ, si excõicatus est ob cãm sibi cõmissam. Sed si ob aliã causam, nec est de casibus reseruatis Papæ, ad excõicatorẽ illum remittet: qui si non vult absoluere, delegatus absoluet. ¶ Moder. hîc dicũt, ꝙ exceptio, Tu es excõicatus: valet etiã inter
a laicos[a] gl. in l. j. C. de iuris & fac. igno. & gloss. in c. pia. in ver. ecclesiasticis. de exce. in. vj. Et dicunt, ꝙ excommunicatio fuit nota legũlatoribus. & allegant Bald. in c. exceptionem. de excep. qui alleg. l. placet. C. de sacrosan. eccl. & est tex. in § nulli. in aut. de san. Episco. & in text. in § fi. in auth. de interdictis collegijs hæreticorũ. ¶ Sed ipsi dicunt, ꝙ Apostolus fuit primus, qui excõicauit Corinthum. c. cũ sit Romana. de appel. in fi. Et dicunt, ꝙ vbi in iure ciuili interdicuntur actus legitimi, intelligitur de banno: per glo. in c. mensam. xj. q. iij. ¶ Sed quòd lex ciuilis vtatur excommunicatione, non quòd sit inuenta à iure ciuili, est tex. in c. domino guerram. in titulo, hîc finitur lex. vbi dicit, quòd vasallus nõ tenetur defendere dominum excommunicatum. Ecce, quòd ibi lex vult, quòd propter excommunicationem non teneatur obedire. & allegat illum tex. Do & Arch. in d. c. pia. in. iiij. col. Et facit pro hoc tex. in l. hi, qui sanctam fidem. C. de Apostatis. Et etiam fortè excõicatio non fuit nota iurisconsultis: sed bene fuit nota Iustiniano. & repelluntur etiam laici in foro seculari, si sunt excommunicati. & est text. in c. decernimus. de sent. excomm. in. vj. ¶ Not. hic Abb. ꝙ aliud est nolle, & aliud nõ velle. Posui in c. ab excommunicato. de rescri. vide ibi. ¶ Gloss. in ver. *confeßione*. Abb. ponit hîc, vtrum in exceptionibus sit necessaria lit. contesta. dicunt hîc Moder. quòd si reus petit litem cõtestari, est contestanda. Secus si non petit. & allegant glo. in c. vxor felicis. xvij. q. iiij. quæ dicit, quòd si induciæ ad deliberandum non petuntur, non sunt de substantia. Si verò petuntur: nunc sunt de substantia. & est alia gloss. in Clemen. sæpe. in prin. de verbo. signi. & sequitur illam gloss. Abb. in c. exhibita. in. vj. col. de iud. & eam allegat Imol. & Lud. in l. qui bona. § si aliena. ff. de dam. infec. & Do. ij. quæstio. j. in summa. & Anto. & Abb. in cap. j. de libell. obla. & Petr. de Anch. in cap. j. de lit. contesta. in. vj. Archid. c. ei qui. § diffinitiua. ij. quæstio. vj. ¶ Sed quòd in exceptionibus lis sit contestanda, est gl. in. c. j. de lit. contest. in. vj. gl. magna. in fi. & idẽ sentit gl. in c. interposita. § fin. de app. & gl. nostra hîc. ¶ Tamen opinio contraria est communior. s. quòd non sit necessaria litis contestatio ex exceptiõibus. Et hãc tenẽt hîc omnes cõtra Host. & idem tenet Abb. Car. & Imol. in d. c. interposita. & sentit gl. ij. in c. quoniam frequenter. vt lit. non contesta. & Spe. in tit. de lit. contest § penul. in princ. & Ant. Imol. & Abb. in d. c. quoniam frequenter. & ibi latissimè. d. Marianus in. xiij. char. ver. lxviij. fallit. & est tex. in d. c. interposita. in princ. vbi simul cũ exceptione offertur probatio. & facit pro hoc: quia super exceptionibus lis contestaretur, deberet etiam ferri diffinitiua. & sic in eadẽ causa reperiẽtur multæ diffinitiuæ. Ita Bal. hîc. Car. pro hoc
15 ponderat. d. c. interposita. in fi. ¶ † Vtrum[a] probata denunciatione sit probata excõicatio? Moder. hîc dicũt, ꝙ Imo. in d. c. pia. de exce. in. vj. dicit, ꝙ vbi agitur de leui præiudicio, quòd sufficit ꝓbare denũtiationẽ. & ad tex. ibi: apertissimis. documẽtis respõdet, per gl. in l. si tutor. C. de piculo tuto. Do. verò in dicto. c. pia. dicit, ꝙ si denunciatio specificat speciem excommunicationis: & nomen excommunicatoris: quòd ista denunciatio probat. Si verò non specificat: & tũc dicit, ꝙ non probat. ¶ Sed Moder, dicunt, ꝙ requiritur probatio certa & firma. & hoc omni casu. Et primò dicunt, miramur de do. Abba. qui dicit quòd excõmunicatio est leuis præiudicij. & ꝙ imò ad eam probãdam opus sit certa & firma probatione. allegant gloss. in l. cum de indebito. ff. de probat. vbi dicit glossa, quòd vbi lex requirit legitimam probationem: non sufficit probatio per vnum testem cum iuramento. Sed text. noster hîc dicit: non legitimè probauerit. sed probare per denuntiationem, non est legitima probatio. ergo &c. Secũdò allegant gloss. & in c. sita clerici. in versicu. legitima. de iudi. quæ dicit, quòd legitima est illa, quæ est omni exceptione maior. & omnes docto. in l. fin. C. si minor se maiorem dixerit vbi dicunt, quòd non sufficit vnus testis cum iuramento: vbi requiritur dilucida probatio. & Bald. in l. fin. C. de secund. nupt. vbi dicit, quòd ad probandum ingratitudinem, non sufficit vnus testis cum iuramento partis. ¶ Vltimò allegant Inno. & Arch. in cap. ij. de constit. & allegant cap. forus. de verborum significationibus. vbi dicit textus, quòd probatio fit testibus, vel instrumentis. & facit capitul. pia. in ver. apertissimis documentis. Et idem dicunt, quòd fama non sufficit, per glossam primam in l. proprietatis. C. de proba. ¶ Istis, non obstantibus dicas, quòd vbi agitur de repellendo excommunicatum à iudicio, sufficit probare excommunicationem per denuntiationem. Ita tenet Arch. in cap. nemo contemnat. xj. quæst. iij. & ibi allegat Hostien, hîc. Præterea dicit Do. in d. cap. pia. quòd hoc probat tex. ibi: quia loquitur de excommunicatione, per quam quis repellitur ab agendo: sed sola denuntiatio absque alia probatione habet hunc effectum, repellendi ab agendo: vt est text. cum gloss. in cap. licet de sententia excommunicat. in. vj. text. in ca. cum desyderes. § secundæ. de sent. excommun. vbi sufficit fama ad euitandum infamatum. ergo fortius operabitur hoc denuntiatio. ¶ Non ob. cap. pia. quia non dicit, quòd probetur excommunicatio apertissimis documentis. sed text. ibi dicit eam rem, & sic per nomen generale. sed eadem res potest dici etiã illa, quæ non est eadem specie: sed est eadem quo ad qualitatem & vitia. gloss. est singularis. &. ij. in cap. eadem denique. vij. quæst. j. ergo excommunicatio & denũtiatio sit eadem res quo ad effectum: d. c. pia. sufficit probare qualitates, quæ sufficiant ad repellendum, & sic ipsam denuntiationem. ¶ Not. hanc responsionem: & intellige dummodò illa denuntiatio contineat speciem excommunicationis: & nomen excommunicatoris: vt sufficiat. d. cap. pia. Ita dicit Domi. ibi. & suprà retuli. Ad idem vide domi. de Ro. decisio. cclij. an nouis. inci. licet sit concertatio. vbi dicũt, quòd nunquam in vim peremptoriæ probatur excommunicatio per denuntiationem: sed bene in vim dilatoriæ allegant notata hîc per doct. Et sic volũt, ꝙ in alijs effectibus quàm priuãtibus quem iure suo, ꝙ sufficit probare denuntiationẽ. Et ratio est: non quia denuntiatio non probet euitandum: sed quia nõ probat excommunicationem dicto casu. Et vide Abb. in cap. cum dilectus. in. xxiij. colum. de ordi. cogni. vbi cõcor. cum prædictis. ¶ Non obstat verb. legitimè. de quo hîc. & verbum, *apertißimis*. de quo in cap. pia. quia ad effectum euitandi excommunicatum, denuntiatio inducit præsumptionem iuris: sed probatio per præsumptionẽ iuris, dicitur probatio liquidissima. ergo &c. & est gloss. in l. si tutor. C. de periculo tuto. & ibi Bal. dicit, quòd vbi ad victoriã reportandam probatio liquidissima, sicut hic probatio ex præsumptione à iure iure inducta, sufficit. & all. l. absentem. ff. de pœn. & l. si qui adulteri. ff. de adulter. vbi in criminalibus etiam ad mortem, sufficit probatio per præsumptionem iuris: vt est gloss. & ibi Angel. in l. j. C. de testa. mili. quæ glossa dicit, quòd vbi requiritur probatio liquida, sufficit per præsumptionem iuris. Et facit glossa in cap. quoniam. vt lite non contesta. § sinautem. in fin. in ver. præsumatur. in fi. quæ probat, quòd illud, quod pro certo debet constare: constat per præsumptionem iuris. & est tex. in cap. non solum. de regu. iur. in. vj. in ver. euidenter. vel competentibus indicijs. Iura Moder. debent intelligi, vbi allegantur probationes coniecturales, non ex coniecturis iuris: id est non prolatis à iure, quo casu requiritur probatio iuridica: vt est etiam gloss. in cap. cupientes § si quòd si. in versi. fidem. de elect. in. vj. & Cle. constitutionem. in versi. fides. eod. titu. quas allegant Ang. & Imol. licet Imperator. de leg. j. & Ludo. in rubrica de arbi. in. vij. colum. & multi quos aliâs collegi in rubri. de
17 probatio. & sic stamus cum domi. Abba. hîc. ¶ † Vtrum autem sufficiat probare excommunicationem per vnum testem cum iuramento partis? Specul. dicit, quòd non, in tit. de notorio crimine. § fama est. ver. quid si agenti. & Archidi. sequitur in § item sæpe. in. iiij. quæst. iij. & Domi. post Ioan. And. in cap. pia. § ij. in. iiij. colum. & domi. Ant. in d. c. veniens. el. j. in pen. colum. de testi. ¶ Cõtrarium tenet Imol. in d. ca. veniens. Et mouetur: quia iura allegata per istos loquuntur quãdo agitur de crimine criminaliter: sed ciuiliter secus est. Idem tenet dominus meus de Aretio, non facta mentione de Imol. & arguit. Vbi agitur non pœna capitali, sed de pecuniaria: imò etiam corporali vsque ad fustigationem condemnatio potest fieri in criminibus ex pręsumptione iuris, & ex ꝓbatione præsumptiua. Casus est singularis in l. iij. circa medium. de officio præfec. vig. vbi quis fustigatur propter incendiũ solũm ex culpa præsumpta: quia pręsumit̃ factũ incendiũ culpa inhabitãtis. ¶ Modò istud repellere, de quo tex. nostro, est lõgè leuius, quã sit punire: quia repellere, est leue præiudicuim. & sic tenet ꝙ poterit probari per vnũ testẽ cũ iuramento partis. Et pro hoc fortius facit: quia videtur posse dici contra dominum Abb. & omnes hîc: quòd si probaretur excommunicatio per famam, sufficiat ad repellẽdum excommunicatum. Et probo per dictum Bal. in d. c. domino guerrã. in prin. inci. hic finitur lex. vbi dicit, quòd excõmunicatio per famam quo ad hunc effectum: vt repellatur: nisi se purget, vel formam contrariam probet: vel indicia contraria: vt quia â suo Episcopo non euitatur. Allegant Ioann. Andræas hîc. Et sic intelligit Bald. quòd pars petat à iudice purgationem indici: prout intellexit hîc dom. Abb. sed quòd petat repelli: nisi ille se purgauerit. Quod diligenter not. in practica. & hoc fortè verius per dictum. c. cum desyderes. § secũdæ. Imò videtur, quod in materia huius. § probatio per famam sufficiat: per ea, quę suprà dicta sunt in denuntiatione, quæ videntur militare. Et in fama, quæ sufficit, vt quis euitetur. d. § secundæ. & optimè facit. c. illud. de cleri. excommu. min. per quem text. dicit ibi Abb. quòd fama plenè probat excommunicationem quo ad hoc, vt quis gerat se ꝓ excõmunicato. & per cõsequẽs, vt euitet̃. Habet ergo talis infamatus purgare infamiam: prout docuit. s. Bald. in hoc cogita: quia est contra omnes doctor. & rarò habebis hoc à me: quia tenere contra communem opinionem, est temerarium: sed tamen cogita, & relinquatur arbitrio tuo. ¶ Videtur prætereà, quòd frustrà grauatur in c. pia. reus ad probandam speciem excõmunicationis. Nam si iudex excõmunicat: intelligitur de maiori. in c. si quẽ. de senten. excõ. quid ergo oportet probare speciẽ excõicationis? † Sol. licet appellatione excõi
18 cationis intelligatur de maiori: tamẽ illud proceditin sentẽtia hominis, vel iuris. quę quãtũ ad hoc est fauorabilis: cum sit medicinalis. sed exceptio est odiosa propter abusum opponentium. Et ideò in odiosis intelligitur de minori. Ideò oportet speciẽ exprimere: quæ species aliquando apparere potest ex probatione. Ita Do. in d. c. pia. § ij. in. vij. col. Pro quo vide Ab. in c. præsentia. in. v. colũ. de proba. vbi dicit, ꝙ in dictis partium, vel testium, non fit illa interpretatio, quæ fit à iure. Ad istam materiam adde, quòd

a ¶ Inter laicos. limita vt per Bald. in l. fin. C. si à non compet. iudi.

b ¶ Vtrũ. Adde tu vtrũ probata exceptione excõmunicationis sit probata excommunicatio, adeò ꝙ talis sit euitandus. Inn. in c. cũ dilectus. de ordi. cognit. dicit quòd si actor fuit repulsus propter exceptionẽ excõmunicatiõis ab agẽdo; si vult iterũ agere contra aliũ, vel contra eundẽ super alia re: non potest ille repelli. ex vi interlocutoriæ primi iudicij. Et sic sentit, quòd iterum est probãda illa exceptio excõmunicatiõis. Et adducit in simili: pone, ꝙ aliquis repellitur ab accusando propter aliquas causas, nõ tamẽ ꝓpter hoc debet puniri: qa non agitur contra eum directè. Et idem dicit de eo, qui petit absolutionem ab excommunicatiõe, quia non nocet ipsi, quando hoc non directè petit quia non videtur fateri se excõmunicatum: sed videri fecisse ad abũdãtẽ cautelam, & idem sentit gl. in d. c. cum dilectus. in verbo, itẽ quid dices. de ordi. co. Adde ꝙ Hostiẽ. ibi tenet contra Inno. & dicit, ꝙ Inno. fuit nimis subtilis, & processit more legistarũ, qui non curãt de piculis animarum. quare dicit ipse, quòd vbicũque cõstat de excõmunicatione, excõicatus est euitãdus, propter periculũ cõmunionis. & sic sentit, ꝙ vbi exceptio excõicationis est ꝓposita, & ꝓbata, quòd is debet repelli ab omnibus, & vbicunq;. Et rationem dicit ipse: qa excõmunicatꝰ in vna ecclesia, est excõicatus apud oẽs, & ab omnibꝰ euitandus. iij. q. õ. iiij. c. nullus. Ant. de Bu. in d. c. cum dilectus. dicit, ꝙ ad repellendũ actorẽ ab agendo, sufficit ꝓbare excõicationem semiplenè. Sed si ageretur contra eum ad priuationẽ beneficij: vt puta, qa opponeret̃, quòd stetit per annũ in excommunicatione: tunc hæc probatio esset. Do. Abb. ibi. in. d. ca. cũ dilectus. multa dicit in. xv. col. in ver. expedia nũc quę nõ refero: qa nõ multũ firmat pedes: sed bñ dicit ꝙ sibi vr̃ difficilis materia. Adde ꝙ opi Host. in. d. c. cũ dilectus. mihi vr̃ melior & securior. Iõ eã sequor, tamẽ addatis, vide licet ꝙ exceptio sit ꝓbata: & ꝙ in ea cõtineat̃ nomẽ excõmunicatoris, & spẽs excõicationis. Et ad corroborationem adduco tex. in c. cũ. desideres. in. § secundę. de sen. exc. vbi dr̃, ꝙ sola fama sufficit ad repellẽdũ excõicatũ. Ita debet sufficere. & ista ꝓbatio licet ad aliũ effectum facta. & istam opi. Host. inuenio, ꝙ

Barto. tenuit in l. decem. de ver. ob. & iſta no. quia ſer uiunt ad not. hîc per Feli. quo ad denuntiationẽ ſit probata excommunicatio.

intelligitur. c. pia. inquãtum dicit, quòd reijcia tur exceptio, non continẽs ſpeciem, & nomen excommunicatoris: non vt ſtatim iudex repellere debeat opponentem excommunicationẽ in genere: ſed quòd debet inducere opponentẽ ad expreſsionẽ qualitatis & ſpeciei. Ita elegãter dicit Abb. in cap. ſolicitè. de reſtitu. ſpolia. per illum text. in prin. dicens ibi: ſecus eſſe in probatione: quia probatio nõ includens reijcitur. ca. in præſentia. de proba. Et ratio eſt, quia probatio nõ poteſt declarari: ſed exceptio ſic, vt per eum. ¶ Dictũ Inn. habes in c. cum dilecta. ſ. de reſcrip. quòd illud quod ineſt de iure, non dat formam. vide quæ ibi dixi, & do. Ab.

Si verò. Abſolutus à delegatoſuper cauſa, pro qua fuerat excõmunicatus: corã excõicatore parebit, ſeu reſpõdebit ſuper illa cauſa: niſi ſit alteri commiſſa. & ſi excommunicator malitioſè diſtulit, delegatus qui abſoluet: cognoſcet, hoc dicit. ¶ Gl. in ver. *diſtulit*. ponit hic Abb. vtrũ reus poſsit per actorem trahi corã diuerſis iudicibus. Vide hîc per eũ, qui optimè loquitur. ¶ † Gl. in ver. *acceſſorium*. Regula, quod eſt excõmunicatũ ab homine: ipſe abſoluit, & nõ alius. c. paſtoralis §. ꝑtereà. de off. ordi. & eſt gl. in Cle. j. in ver. àcano ne. de priuile. Fallit primò in excõmunicatione lata ab homine per viam ſtatuti: quia illam tollere poteſt etiã alius. Tex. eſt in c. frequentibus. de inſti. de quo exclamat ibi. do. Abb. in vltimo notabili. Et probat in ver. niſi ſatisfactione præmiſſa à contrario ſenſu: ergo ſatisfactione prẽmiſſa abſoluere poteſt. in ver. decætero. quod verbũ denotat ſententiã illam fuiſſe per viã ſtatuti: quia ſententia ſola non fertur pro futuris culpis. c. Romana. §. caueant. de ſenten. excõ. in. vj. Sed bene ſtatutũ. in c. ij. de conſtitu. eo. lib. & ratio eſt: quia non debet eſſe maioris potentiæ iſta, quàm lata à lege Papæ: quia ſi Papa per le. excõicat vnũ: alius abſoluere poteſt. c. nuper. de ſen. excõ. ergo fortius id lex inferioris, quæ nota. & hãc tenet Arch. xvij. diſtin. in ſumma. ¶ † Secũdò fallit in abſolutione, quæ ſit ad tempus: puta vt excõicatus poſsit teſtificari: quia iſtam poteſt alius tollere. Ita dicit Ant. in ca. veniens. el. ij. de teſti. in vlt colum. per illum textum, in fin. ¶ Vlt. no. hîc Ant. quòd excommunicatus à delegato Papæ, non poteſt abſoluere, etiã legatus de latere. Et eſt dictum Spec. in tit. de legato. §. oſtendendũ. ver. xxvj. & idem no. Dom. in ca. j. in. iij. col. de excel. Præla. in. vj.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus à iudice non petit reſtitutionem: ſicut petit contra priuatũ. Fallit, niſi iudex procedat extraiudicialiter: & non vt iudex: quia tũc ante omnia debet ſpoliatus reſtitui. num. 2.*
Item fallit, niſi iudex iudicialiter procedens careat iuriſdictione. nu. 3.
4 *Ingrediens poſſeſſionem alterius authoritate iudicis inualida, non excuſatur à pœna.*
5 *Executor merus, an poteſt exequi vi armorum?*
6 *Vincenti in cauſa, an poſsit committi venditio bonorum condemnati.*
7 *Titulus contra iuris diſpoſitonẽ, habetur pro nõ titu.*
8 *Par. vbi habet requirere parem, non poteſt eũ citare; ſed debet eum monere.*

9 *Citatio eſt quadruplex: vna legis: alia iudicis: alia partis: alia collegæ. Et quot citationibus opus ſit & de qualibet iſtarum.*

CAP. XXII.

b ¶ Et treu. Ad qd̃ facit, quod habetur per Paul. de Caſt. & per dom. Alex. de Imol. in l. conuentionũ. de pac. quod no. pro ſtatutis: qa habẽt treugã, non gaudet beneficio ſtatuti de pace. Quæ autem ſit noſtra treuga. vide. do. Bart. filiũ præfati d. Mar. ſo. in ſuo conſi. cclxij inci. in cauſa. M. Pet. verſiculo. ij. verõ proba. in. ij. char. clxvj.

c ¶ Curaturus. Ad. de. d. al. Imo. poſt Ang. in. l. ij. Ang. in. l. ij. c. de li. & eorum li. & Bart. in ſuo cõſil. ad declarationem queſtio. prædictæ.

bus patriæ nõ cõueniũt. ideò permittit cuilibet ꝓuincię abundare in ſenſu ſuo. c. certificari. de ſepul. plenius Pet. de Anc. in repe. c. j. de conſti. fo. xxij. ver. ſed q̃rꝰ reperit conſtitutio. vbi inter alia tollit egregiè rationẽ Hoſt. qa non eſt verũ, ꝙ conſtitutio adeò obliget à princi. ꝙ hodie & omni tẽpore duret talis obligatio: quaſi lex ſemper loquatur. l. Arriani. C. de hære. Nã ſi nõ fuit recepta moribus v tentiũ: fingitur à principio me non obligaſſe. qd̃ pat et: quia abrogat̃ per non vſum. d. §. leges. &. c. deniq. iiij. di. Sicut etiã vitiũ contractus initi contra iura purgatur tẽpore. c. paſto. cũ gl. de iurepa. Videmus etiã ſecundũ cõem opi. poſſe p̃ſcribi merũ & miſtũ imperiũ. Bald. plenè in diſpu. Apulus. & omnes. de fo. cõpe. cũ cõtingat Et tñ cõſtat, ꝙ p̃ſcriptio habuit vitioſum initiũ, vt progreſſum vſurpando ſibi tale officiũ homines carcerãdo, torquendo, decapitando, & ſimilia: quę ſunt de mero imperio. Nõ em̃ ſequit̃, à principio cõſtitutio obligat: ergo ſemper: qa imò vſus & conſuetudo cõtraria tollit effectꝰ legis. alle. quod no. Io. An. de cle. coniu. Ioã. vj. q. Et adde Bal. in. d. c. fi. x. col. ibi: deinde quæro. de conſue. vbi dicit, ꝙ iſta verba moribus vtẽtiũ ſignificant pluralitatem: vt qñ̄q̃ ſufficiant duæ vices: quãdoq̃ plus quã pluralitatẽ. a Nã ſi caſus emergit centũ vicibus in anno, probare duas vices, eſt ꝓbare exẽpla, nõ mores. l. nemo. C. de ſen. opor tet ergo, ꝙ probẽtur actus quãplurimi, & pluries geminati, ita ꝙ tranſierint ad conſenſum totiꝰ populi: vt ibi per eum ¶ Sed aduerte diligenter: quia propter magnam varietatem, imò contrarietatem, quæ eſt inter Abbatem Imo. & Do. hîc, quorum vnus non vidit dicta alterius. & propter quædã dicta aliorũ multũ aduerſantia p̃ dictis, omnium hîc. & alibi, texere ſepte declarationes enucleãtes iſtum arti. cõatus fui inſerere dictis vtiliſsimũ paſſum lõgè clarius, quã hactenus ſcripſerint alij. & ſi qd̃ noui dicetur, intelligat̃ ſemper dictum non animo ponẽ di ſententiam inter tot certamina tantorũ virorum: ſed ſolo deſyderio & ſtimulo concordandi ſcipturas, quas referre, vt iacent, eſſet facilè, vt tutius: ſed turpiſsimũ ac debito meo, & veſtræ expectationi omnino cõtrarium.

Vtrum lex velcõ ſtitutio tollatur per deſuetudinẽ.

7 **Prima declaratio.** † Lex conſilij tollitur indiſtinctè per deſuetudinẽ: & nõ ſeruãtes nõ incurrũt peccatũ. xiiij. q. j. quiſquis. & c. quod præcipitur. Ita tenet Hoſt. hîc, & Archi. & Do. in. d. §. leges. & Do. intelligens hoc in conſilio per fectionis. Secus in conſilio reuerentiæ, de quo per gl. fin. in. c. ad aures. de æta. & qualita. & in. c. Matthęus. in ver. conſulis. de ſimo. Eius enim tranſgreſsio inducit peccatum veniale. Archi. v. ad eius verò cõcubitũ. Et peccata etiã venialia vitanda ſunt. gl. & Archi. in. c. ſi aliquid. xxij. q. iiij. & quomodo cognoſcatur lex cõſilij & præcepti dixi de conſtitu. c. nã concupiſcentiam. Et quòd non peccet mortaliter veniens contra conſilium & reuerentiã, not. Arch. & Do. in. c. teſtamentũ. vj. diſtin. & Domi. in c. ſponſus. xxxiij. diſtinctione. & in. c. generali. penul. colum. de electio. in. vj. & in. §. criminis. xxv. diſtinction. & Archidiaco. in. c. quiſquis. xxiiij. quæſtione. j. Tho. j. ij. quæſtio. cviij. articu. iij.

a ¶ Cõſuetudine. Sed nunqd ex cõ ſuetudine minui poſſunt: vide no. per. d. Sozi. conſi. ccvij. inci. viſo pri uilegio conceſſo. ver. ij. ea. cõcluſio in. ij. parte. charta ccxviij, ſed nunquid põtifex poſſit aliquos into tũ à ſolutione de cimarum exime re vel in totũ tolli ꝙ ab omnibus nõ ſoluãtur vide plene & nota. per eũ in conſi. ſ. allega.

8 **Secunda declaratio.** † Etiã ſi lex poſiti ua ſit conſona iuri diuino: tamen ſi aliquid ei adijcio: de illo addito iudicamus idem, quod de iure poſitiuo. Dom. hîc, & in. d. §. leges. per. c. ij. ſecundo reſponſo. de conſtit. in. vj. Nã vt ibi patet, ſtatutum epiſcopi prohibens furtũ, quod aliãs eſt dãnatum lege diuina in additione pœnæ: limitatur ſecundum ius poſitiuum, vt non liget extra territorium ſtatuentis. Et ideò in iſto addito idem dicendum eſt in propoſito, quod dictum eſt, & j. dicetur de iure poſitiuo ſecundũ eum. Et ex hoc habes intellectum ad dictũ Car. poſt Paul. in Clemen. ſtatutum. iiij. col. de elect.ꝰ dum dicunt, quòd idem iudicatur de additamẽto, quod de principali. Nam procedit cæteris paribus: vt quia habent ſimilitudinẽ de origine & natura: vt etiam dixi ti. proxi. cum olim. circa. x. q. Abb.

Tertia declaratio. † Sic lex per omnia idẽ diſponit, quod ius diuinum, tunc deſuetudine tolli non põt: quia ſicut non licet ſtatuere contra ius diuinum: ita non poteſt conſuetudo illi repugnans tollere illud. c. fi. in prin. de conſue. ita Inn. in rub. de conſue. & no. de cõſue. in antiquis. & in antiquo ribus. & Abb. in. c. cũ olim. ij. col. ibi. Sed intellige de clericoniug. & Domi. hîc. & in. d. §. leges. qui infert ad tria. ¶ Primò ad dictũ Petr. in rub. de conſuetu. & ibi refert But. in fi. ꝙ conſuetudo non poſſet facere, vt quis cõtraheret cũ ſponſa fratris: propter perpetuam prohibitionẽ, quæ eſt de iure diui. c. literas. de reſti. ſpol. ¶ Secundò ad id, quod no. Rota. vbi ſ. & retuli in. c. ij. tit. præceden. ꝙ ex conſuetudine non poſſet laicus acquirere iuriſdictionẽ in clericos: cum de iure diuino ſint exẽpti. xcvj. di. ſi Imperator. ¶ Tertiò ad id, quod dixit But. de conſang. & affini. c. quia circa. ꝙ contra ſolutionem decimarum nõ currit præſcriptio: neq; tolli poteſt conſuetudine: aꝰ cũ ſint debitæ de iure diuino. & notat Inno. In rub. de deci. gl. in. c. ij. de deci. in. vj. latè Butr. in. c. parochianos. de deci. & But. & Imo. in. c. ſtatuimus. penulti. co. de trãſact. Bal. in cõſi. cõſtitutio Epiſcopi. Tho. ſecũda ſecũ dæ. q. lxxxvij. arti. j. Do. in. d. c. ij. Raymun. in ſum. de de ci. §. itẽ quæritur. Pet. de Anc. cõſi. cxcij. magnifice & illuſtris. j. col. cũ concordan. & dicit Bal. in propoſito in dicta auſ. omnes peregrini. ad fi. ꝙ quãdo prohibitio iuris cõmunis importat neceſsitatem, non valet conſuetudo contraria. Verbi gratia: Non mechaberis. allegat Archidia. in. c. de concilijs. xix. diſtin. vult dicere in. c. j. in fine. ea. diſtin. Et de tolerantia Papæ ſuper ieiuniis, vide aliquid per Abb. in conſilio poſt medium. de obſer. ieiu. & vide ipſum in. c. vir aũt. in fi. de ſecun. nup. vbi extollit gl. ibi, quòd in ſacramentalibus cõſuetudo requirit tacitum conſenſum Papæ: vt etiam dicetur infrà ver. ſi fortè quiſpiam.

10 **Quarta** † declaratio & magna. Quando obſervantia non repugnat directè legi contrariæ: quia homines non ſunt vſi lege: non tamen faciunt actum contrarium: tunc iſta obſeruantia nõ tollit vllo tempore legem: quia nõ habet vim actus cõtrarij. Ita concludit Io. And. in. c. Ioannes. ad fi. de cleri. coniu. per no. de reſti. ſpolia. olim. ij. Et infert ad exempla: maximè, ꝙ ſi à mille annis citra non accidit, ꝙ naſceretur aliquis Hermaphroditus: certè per iſtum non vſum tollitur lex dicens, ꝙ debeat iudicari in eo ſexu, in quo magis incaleſcit. ff. de ſtatu homi. l. quæritur. iiij. q. iij. §. itẽ Hermaphroditus. & ſequtur Do. hic, & in. d. §. leges. Adde omnino, quæ dixi de conſtit. c. cum acceſſiſſent. circa. v. char. verſi. limita primò dummodo priuilegiatus. vbi habes quòd iura, quæ dicunt, ꝙ per non vſum perditur priuilegium. Intelliguntur, quando euenit caſus, in quo qs potuit vti priuilegio: & non fuit vſus: vt etiã per Cal. in ſimili. de præb. cõſilio. xix. ad fi. ¶ Et in propoſito dixit Bar. in prœmio. ff. §. & anteà. quòd deſuetudine, quę deuiat à lege, ſeu diuertit à vero intellectu, tollitur lex. Sed ex eo, ꝙ nullus vtatur lege, ſubſit à ſeculo, vt dicatur tolli. l. illa. Idem Cyn. & Bart. in. l. ff. C. de iudot. impe. dicentes, quòd lex, vel ſtatutum nunquã tollitur per non vſum: ſed per contrarium vſum ſic. Mouetur per illum tex. vbi corrigitur, quod vſitatum non fuit tanto tempore, cuius initij non eſt memoria: ergo tenet: quia priuatio præſupponit habitum. de deſponſ. impu. ad diſſoluendum. cum ſimi. ¶ Similiter dixit pulchrè Car. in ſuis notis cauſarum, nota. cxlvj. inci. ad excludendam. &c. ꝙ ſi mille annis, ſemper appellatur ad Papã, & non ad Patriarcham: non per hoc foret ſublata poteſtas

poteſtas appellãdi ad Patriarchã. Nã cõſuetudo nõ induciſ ex mero nõ vſu: ſed oportet, ꝙ habeat implicitũ actũ cõtrariũ. alle. Io. An. in. d. c. Io. hoc modo poſſunt intelligi verba Ab. in. j. par. ſtatu. q. cxliij. in fi. dũ dicit ſe putare, ꝙ ſtatutũ nõ tollit̃ p̃ deſuetudinẽ: ſicut nec lex cõis: vt dixit ſe dixiſſe in prœmio. ff. p̃ illũ tex. ibi: quas æternas fieri optamus. vbi vide eũ in fi. prin. dicẽtẽ ſe de hoc plenè dixiſſe, in. l. j. §. quibus. C. de nouo Co. cõponẽ. & in ru. C. quæ ſit lõ. cõſue. ver. & quia ſupràdixim⁹, ꝙ cõſuetudo. Et dicit ſe pleniſsimè dicturũ in. l. de qbus. ff. de legib. vbi nõ iuueni, ꝙ hoc tangat, ꝙ per deſuetudinẽ tollat̃ lex. alle. ipſe in. d. prœ. tex. in. eo. prœ §. & anteà. ibi: cęteris iã deſuetis. & gl. hîc. & iiij. di. c. in iſtis. ¶ Intellige hęc ſanè, vt dicũt̃ ꝓximè allegati: niſi iſte nõ vſus habeat in ſe tacitũ actũ cõtra diſpoſitionẽ iuris: puta lex defert hæreditatẽ indiſtinctè maſculis & fœminis. l. maximè. C. de lib. præt. Sed cõſuetudo defert primogenito, & nũquã fœminæ. vnde licet iſti nunquã ſint vſi illo iure cõi: tñ inducta eſt cõſuetudo cõtra illud ius nõ vſitatũ p̃ actus cõtrarios. Et ita intelliguñ iura alleg. in regula loquẽtia de inuſitatiõe, vel deſuetudine. & ita declarat latè Io. an. in. d. c. Ioã. iiij. op. & ibi oẽs præſertim Imo. in. vj. col. ver. in quarta. & etiã Abb. ibi ad fi. & Abb. in. c. fi. xvj. col. ibi. vltimò circa hãc remiſsionẽ. de fo. cõpe. & latè Mari. de cõſue. cum cõſuetudinis. xj. col. ibi: ſed circa prædicta aliqd Abb. de reſc. c. inter cæteras. in fi. & elegantiſsimè Ang. Are. in. d. ꝓœ. Inſti. §. igit̃. ij. co. Bu. in. c. fi. xxiiij. co. ibi, ex his infert. de cõſue. Et ſunt dicta antiquorũ in. l. de quibꝰ. ff. d. è legi. & in. l. ij. C. quę ſit lon. cõſue. & Hoſt. in ſumma de cõſue. §. fi. ver. ſed nũquid. Et ſecũdũ hæc intellige etiã gl. xxj. q. iiij. in ſumma. circa med. ibi per non vſum &c. ¶ Ex iſta intelligẽtia dixit Ang. are. in. l. j. in fi. prin. & in. l. fi expreſſim. v. col. ff. de ap. nõ eſſe verũ dictũ Pe. de anc. in. d. Cle. j. de reb. ec. nõ alie. de ſnĩa cõtra ſtatutũ non vſitatũ: quia ſecũdũ eũ, verũ eſt dicere ſnĩam eſſe cõtra conſtitutionẽ, ergo nulla. Et multæ ſunt leges, quæ nõ ſeruant̃: & tamẽ ignorãtia nõ excuſat. Sed putat Pe. de anc. intellexiſſe dictũ ſuũ ſecũdũ prædicta: videlicet, ꝙ ſtatutũ ſit inuſitatũ p̃ deſuetudinẽ habẽtẽ in ſe actꝰ tacitè cõtrarios ipſi ſtatuto. Et ita intellige, q̃ dixi de reiud. c. j. in fi. ij. ampliatiõis: dubito etiã ex prædictis, an ſit vera gl. iiij. in. c. cũ multæ. xv. q. vlt. quã extollit hîc Ab. ꝙ licet eccleſia nõ ſit vſa illo iure, tñ nõ extat memoria, ꝙ cõſtitutus in ſacris duxerit vxorẽ. & ideò nõ videt̃ eueniſſe caſus deſuetudinis, quæ ſufficiat ad legis abrogationẽ. Et ita illã gl. mordet Abb. de ſc. cõpe. c. cum ſit. viij. co. ibi: ſecũdò, p̃ſequẽdo gl. Tamẽ ſi caſus occurriſſet in aliquo loco: & illa pœna nõ fuiſſet ſeruata, tũc in illo loco, ꝓcederet dictum illius gl. quia eſſet inducta ſufficiẽs deſuetudo. & tñ in alio loco nõ opaꝛet illa deſuetudo. Abb. in. c. ij. ad fi. de coha. cleri. & mu.

Quinta declaratio. Si à principio aliq ſuſpiciunt legẽ in eodẽ loco: aliqui nõ: & Papa ſimpliciter ſuſtinet: nec aliqd ſup illo diſponit: tunc toleratia Papæ nõ excuſat è peccatio: nec diſpẽſationẽ inducit. Abb. hîc. p. c. iãdudũ. de præb. Idẽ Abb. in. d. c. cũ olim. ij. col. ibi, & ex hoc no. de cle. cõiu. & Bu. in. c. quia circa. ad fi. de cõſang. & affi. & ibi alij. ¶ Limita hoc tripliciter. Primò, niſi tolerãtia Papæ ſit ſpecificata, & excerta ſcientia: vt quia dicat tolerãdos eſſe illos in obſeruantes: maximè cauſa expreſſa: puta ad euitãdũ ſcãdalũ: qa quãtũ ad illos nõ ſeruãtes, hoc cõtinet vim diſpẽſatiõis. Ita Do. hîc, dicẽs eſſe, ꝓriè caſum in. d. c. qa circa. ſecũdũ cõem intellectũ. Et idẽ etiã dicit Abb. ad fi. dicẽs, ꝙ qñ̄ cõſtitutio fuit à principio recepta: & ex poſt aliqui trãſgrediunt̃: tũc tolerãtia Papæ nõ pdeſt, p. d. c. cũ iãdudũ. niſi Papa ſpecificè ſcribat ꝙ vult certũ actũ diſſimulare, ſeu tolerare: qa talis diſſimulatio habet vim diſpẽſationis: vt ibi. Et p̃ illũ tex. dicit Abb. in. c. niſi eſſent. iiij. col. ver. mihi placet. de præb. ꝙ vbicũq; Princeps ſcribẽdo, vel reſpõdẽdo, dicit

a Maior pars populi. Ad quodam de no. & plenè do. Sozi. in conſi. vij. inci. nunc quæſitorum. verſ. circa ſecundam principalẽ. q. cum verſi. ſeq. in. j. par. charta vij.

fidat. l. diſt. ꝙ Papa tacet, & permittit ꝙ Epiſcopi ordinẽt quotidiè illiteratos: ideò excuſant quaſi ex generali cõſuetudine eccleſiæ: cõtra quã tamẽ eſt hodie. c. fi. de tẽp. ord. li. vj. Faciũt verba Arc. x. q. j. c. (tanctorũ. dũ dicit ſiue hoc fiat de iure, ſiue nõ: quotidie tñ fit ab Epis, & Papa tolerat. Et de iſtis dictis feci mẽtionẽ in. c. oẽs leges. j. diſ. facit quod ſcribit Ana. in. c. j. j. col. de ſchiſma. dum allegando Bar. & Bal. ponit de Imperatore tolerãte, ꝙ Ianuẽſes eligãt ſibi ducẽ. Facit qã no. Ana. in. c. ij. vij. col. de cle. vena. referẽdo Ang. in. l. iniuriarũ actio. §. ſi quis me ꝓhibet. ff. de iniur. ¶ De tolerãtia Imperatoris circa Venetos prætẽdẽtes dñium in Gulfo maris Adriatici[a]. Facit quod no. Ana. de Iudæ. c. ſicut. v. col. dũ ponit dict. Sali. C. de Iudẽ. l. nullus. ꝙ ſi Princeps tolerat bannitũ in ciuitate, videt eũ rebãnire. de quo dubitaui in. d. c. ſicut. ꝓ cle. fi. de ſent. exc. Tamẽ ipſum ſequitur Alex. cõſil. mihi. ccxlviij. ꝓ inueſtigatione ꝓdictorũ. ad fi. Et iſta dicta vide impreſſa in certis apoſt. ad Butr. in. d. c. quia. attributis cuidã moderno. Sed Deũ teſtẽ habeo, & Angelos eius ſuper animam meã, ꝙ ego apoſtillã dũ eſſem ſcholaris, crebra diligentia glomeraui ad But. meũ: quo mihi ſubtracto deuenerunt hæc ad vulgi notitiam. Sed quæ ibi inueniliter inuenies, excuſari debẽt attẽta ætate mea, de qua ibi dicit: & attenta domeſticę ſcripturæ tũc nõ veroſimili ꝓpagatiõe. Et conueniũt quæ dixi de preſe. c. cũ nõ liceat. quando inferiores ab Imperatore poſſint præſcribere iura imperij. ¶ Et de iſta patiẽtia Papæ circa ea, quæ ſunt de gñe malorũ de iure poſitiuo: vide oĩno Hoſt. in ſumma. de ſnia. §. quot ſunt eius ſpecies. verſ. ſed nũ ꝙd hoc eſt ſimpliciter verũ. per vnã col. & ibi etiã, quòd patientia inferiorum Prælatorũ circa nõ ſeruãtes ius poſitiuũ, nihil operatur. Quod etiã firmat Bu. in. d. c. quia circa. & clarius Præpoſitus ibi ad fi. Cui adde Hoſt. in. d. loco. Cogitabã tamen nunquid dictũ Bu. de quo in prin. huius tertię limitationis poſſet habere locũ eodem modo, quo ipſe videtur loqui, videlicet in deſuetudine vniuerſali omniũ fideliũ, nõ ſeruatiũ canonẽ Papa ſciẽte: impugnatiões aũt ꝓdictę habeant locũ in deſuetudine particulari quorundã locorũ.

12 **Sexta** declaratio. ¶ † Primi incipiẽtes violare legẽ præceptiua incurrũt peccatum mortale: quia nõ obſeruãtia & inobediẽtia potiꝰ grauat peccatũ. c. fi. in prin. de cõſue. & facit. c. ij. §. tit. proxi. Ita ꝓcedit dictum Hoſt. hîc, quẽ ita intelligit Pau. in Cle. fi. de æta. & quali. & etiã dicẽt in tertia cõſyderatiõe ſeptimę declarationis. Sed quãtũ ad illos, qui poſteà venerũt reperientes legem nõ ſeruari, & qui eam nõ ſeruauerunt, poteſt induci conſuetudo: quia potuerunt exiſtimare, ꝙ ex aliqua rõnabili cauſa illa lex nõ fuit ſeruata. Ita declarat Abb. & Do. hîc. arg. notatorũ per gl. de præſc. c. de quarta. & de iurepa. c. cura. ¶ Intellige hæc quatuor modis. Primò, niſi illi primi mouerentur ex aliqua iuſta & rationabili cauſa, propter quã ipſemet ſuperior induxiſſet relaxationẽ legis, ſi eam ſciuiſſet: quia tunc non peccãt. Abb. hîc propter dictum Arch. in. c. vtinam. lxxvj. di. vbi dicit, ꝙ licet veniẽs contra ius diuinũ peccet mortaliter: non tamẽ ſic ligatur veniens contra ius humanũ. Nam poteſt euitare mortale, ſi habet aliquam cauſam rationabilem contraueniendi. & ſequitur etiam Abb. de teſti. c. licet ex quadã. iij. col. de proba. c. quoniã. vlti. nota dixi in. c. j. vj. fallen. & in. c. nã concupiſcentiam. de conſti. bene facit. d. c. fi. de cõſue. vbi poteſt induci cõſuetudo rationabilis contra legem: & tamen primi inducentes non peccant: quia adeſt ibi ſaltem tacitus conſenſus Principis. & ita etiam adeſt hîc, vt dicetur proximè in quarta intelligentia. ¶ Intellige ſecũdò: Niſi, qui cõcedit legẽ, ſciat de inobſeruãtia alicuiꝰ populi, vel maioris partis: quia videt tacitè diſpẽſare, ſi non cõtradicit, cũ poſſit per prædicta: licet Car. in Cle. fi. de æta. & quali. in fi. iij. op. videat velle, ꝙ primi violatores nõ excuſantur ꝓpter ſciẽtiã ſuperioris: ſed bene ſucceſſores. Nam in vtriſq; videtur eadẽ ratio. Saluo, niſi ſubtiliter dicas, ꝙ iſta intelligentia, vt differat à præcedẽti, loqutur de inobſeruãtia non rationabiliter inducta: quo caſu bene poſſunt differre primi à ſucceſſoribus. Nã per prædicta ſucceſſores credentes primos bene motos, excuſantur. non aũt primi de proprio errore conſcij. ¶ Intellige tertiò: niſi præceptũ legis nouæ reſpiciat cõmodum priuatorum: quia tũc ſine peccato tolli põt deſuetudine per ipſos priuatos: ſicut per pactũ & remiſſionẽ poteſt tolli ipſa lex. de regula ad apoſtolicã. ita glo. in. l. de quibus. & Butr. & Imo. & Do. hîc. ¶ Intellige quartò aduertenter: Quando illi primi cœperũt prius ſeruare legẽ aliquo tẽpore: poſteà deſtiterunt: quia ſi ſumus extra caſus proximè dictos; peccãt mortaliter, ex quo lex iam erat firmata moribus vtentiũ. Sed ſi à principio noluerunt legẽ nouã obſeruare, nõ peccant ſecũdum Do. valde ſingulariter in d. §. leges. ad fi. non volens tollere rationẽ Hoſti. hîc: dicit iſta aurea verba, quòd nõ eſt veroſimile Principem velle ſubditos ligare, ex quo lex moribus vtentiũ nõ approbatur: qa videt à principio ſtatuere ſub tali conditione: videlicet ſi moribus vtẽtiũ recipienẽ: Patet in. d. §. leges. Facit vltra eũ. d. l. de quibus. ibi: nulla alia cauſa tenẽt, quàm ꝙ iudicio populi receptæ ſunt. Et ſic deſuetudo habet ſaltem tacitum conſenſum principis qui condendo legem facit eam ſubiectã tali cõditioni. ergo nõ ſeruãtes eã non dicuntur venire cõtra præceptũ ſuperioris ſecundũ eũ: quæ verba ſunt noua & ſubtilia in hac materia. ¶ Et hinc eſt, ꝙ Do. hîc, dũ dicit hãc declarationem de peccato, loquitur expreſsè, quando primò cœperũt obſeruare, poſteà deſtiterũt: & tunc notantur de peccato: non autem quãdo ſtatim recuſarũt legem obſeruare. Et dicit Do. in c. de libellis. in fi. xx. di. declarãdo gl. fi. ibi, ꝙ licet eccleſia orientalis non receperit canones loquentes de continentia clericorum: tamen non incidit in hæreſim: quia canõ dicitur approbari per admiſionem inferiorũ. d. §. leges. Et caue, quia quod dictũ eſt ſucceſſores excuſari, videtur procedere, quo ad hoc, vt poſsit in eis inchoari præſcriptio legitima cõtra legem: in qua præſcriptione nõ computatur tempus anteceſſorum: ſed tempus ſuæ præſcriptionis: vt notatur in. d. c. de quarta. &. d. c. cura. & debet eſſe. xl. annorum contra canonem: vt dicetur in fi. huius materiæ, ibi: ſecundo modo poſſumus.

13 **Septima** † & vltima declaratio cæteris difficilior. Vbi talis inobſeruantia vel deſuetudo, non habet ſecum notitiam ſuperioris, qui legem condidit: requirit præſcriptio. xl. annorũ: & ꝙ fit fundata in ratiõe. Abb. hîc ſingulariter: & ſequit ad literã Maria. de conſue. cũ cõſuetudinis. x. col. quibus adde Car. in procle. pen. col. ver. ſecundò quæro. vbi dicit, ꝙ ſi abuſio eſt talis, quæ inducat conſuetudinem ſecundum modos de quibus in. c. fi. de conſue. illa tollit legem, ſi autem illa eſt ſimplex inobſeruantia, vel non receptio legis, tunc excuſat nõ recipiẽtes: qñ per cõſuetudinẽ cõtrariã nõ eſt recepta: quã cõſuetudinẽ generalẽ Princeps ſcit & tolerat. Ita loquit. c. in literis. &. c. ſequẽs. iiij. di. Aſs aũt nõ vſus, ſeu nõ receptio, nihil operaꝝ, ſecũdũ Car. inferẽtẽ ad monia les, ꝙ nõ receperũt cõſtitutionẽ de clauſulis, de qua in. c. j. de ſta. re. in. vj. ¶ Conſidera tria diligẽtiſsimè. Primò, ꝙ hoc ſecũdũ mẽbrũ diſtinctiõis. Abb. hîc, nihil affert noui quo ad iſtã gl. ſed eſt decidere id, qđ decidit de directo in. c. fi. de cõſuet. Et vide expreſsè Ab. quòd eaſdẽ qualitates debeat habere deſuetudo, quæ inducit ad impediẽdũ vinculũ legis nouæ ignoratẽ Principe, quas habet cõſuetudo, quæ inducit ad ꝓſcribẽdũ cõtra legẽ. Et reverajſta parificatio eſt cõtra id, quod ipſe dicit in primo mẽbro, qñ vult, ꝙ ſciente Principe nõ requiritur tẽpus ad firmãdam deſuetudinem: ſed ſufficiũt actus cõtrarij. Ratio eſt: quia ſecũdum eũ nõ agitur ibi de præſcribẽdo contra legẽ, ſed de impediẽdo vinculo legis nouæ, ergo per illã rationem,

tionem, videlicet cum nõ agatur, niſi de impediẽdo vinculo legis nouæ, nõ videtur, ꝙ ſolẽnitas. c. fi. de cõſue. requiratur in impediẽda lege noua: cum differat ab vſitata. & ideò Abb. in. d. c. cũ olim. de cle. coniug. ij. col. nihil dicit de. xl. annis, quando Princeps ignorat: ſed ſolũ dicit, ꝙ non recipientes ſaltem per longa tempora excuſantur. ¶ Conſydera ſecundò, ꝙ Cal. hîc vult plus: videlicet ꝙ etiam ſuperiore ignorante ſufficit tempus. x. annorũ. & ſequit hîc Imo. in prin. dicent hanc opi. eſſe multum notandam, & approbari per Bu. & Car. hîc, quia præſcrip. x. ann, dicitur longũ tempus: adeò, ꝙ ſufficiat ad tollendam legem ciuilem. vt. l. non omnes. §. de quibus. ff. de leg. & in. d. c. fi. Quòd autẽ dicitur ibi de præſcriptione. xl. ann. ad tollendam legem canonicam, habet locũ quando agitur de tollenda lege iam firmata per obſeruantiam. & ita loquuntur notata in. d. c. fi. & gl. j. in. c. decreuit. xxij. q. v. ¶ Sed hîc agitur de impediendo vinculo legis nondum acceptatæ; in quo non eſt opus conſuetudine quadragenaria: ideò ſufficit deſuetudo longi temporis, quod eſt. x. ann. ſecundum gl. iij. in. c. fi. de conſue. in. vj. & eſt ampliatio pulchra ad gl. iſtam. ¶ Si diceres: quare non ſufficiunt hîc aliqui actus contrarij abſq; inobſeruãtia decennali ignorante Principe: ſicut ſufficiunt illi actui, quando princeps ſcit, vt eſt dictũ in regula, poſt Abb. Reſponderetur, ꝙ vbi concurrit notitia Principis, quæ ſola ſufficit ad inducendam tacitam diſpenſationem, & ad coniecturandam tacitam voluntatem Principis: in illa diſpenſatione, oportet elicere eam duobus concurrentibus: videlicet tolerantia ſua, & actibus contrarijs. Sed vbi ignorat inobſeruantiam: opus eſt longo tempore, per quod appareat de cõtinuata & vniformi inobſeruantia ſubditorũ: quæ non cognoſcit ex paucis actibus. Vnde dicit Do. in. c. ex parte. vlt. col. de cõſtit. ꝙ momentañ. obſeruantia ſtatuti, non tollit ſtatutum. Ita dicit incidenter probari ex verbis Io. An. ibi. Cum iſtis poſſumus tranſire propter authoritatem Cal. & ſequacium: quamuis fortè ſine periculo attentari poſſet, ꝙ etiam vbi Princeps ignorat, ſufficiat generalis inobſeruãtia per aliquos actus publicè factos: vt ex illis inducaꝝ quo ad hoc deſuetudo. iuxta. c. ita nos. xxv. q. ij. ¶ Ex quo ſequeretur in effectu, quòd nullo caſu eſſet neceſſariꝰ cõſenſus Principis. Induco verba Do. in. d. §. leges. ad fi. vbi dicit, ꝙ in iſta materia ſufficit tacitus conſenſus Principis, vel tacita ſcientia: quia ex quo diſpoſuit, ꝙ conſuetudo legitima tollat legem. d. c. fi. videtur in talibus conſuetudinibus præſtare aſſenſum: dato, quòd alio modo non innoteſcant ſibi in indiuiduo. Ita dicit fuiſſe de mente glo, ibi: dum refert opi. Bri. & hoc dicit velle Arch. ibi. & ita tenet Innoc. in. c. cum. P. in fi. de fi. inſtru. Nam difficile eſſet, ꝙ Papa ſciret particulares conſuetudines & conſenſum præſtare, ſecundum gl. in. d. §. leges. Pro quo allego tex. optimum in auſ. de fideiuſ. in prin. ibi: vſu verò (neſcimus quemadmodum) approbatam. Prætereà authoritates allegatæ. §. in regula, ſimpliciter loquuntur de deſuetudine: & nihil de expreſſa ſciẽtia Principis. & bene facit, quod notat Abb. hîc, dum impugnat But. per. c. fi. de conſuetu. ¶ Si fortè quiſpiam diceret: Fateor ꝙ tacitè approbat ſuperior conſuetudinem præſcriptam & rationabilem. d. c. fi. ſed non approbat meram deſuetudinem non præſcriptam. Reſpõdet Do. vbi. §. ꝙ imo eam etiam approbat: quia ipſa deſuetudo habet tacitum conſenſum Principis. Præſumitur enim in ſua lege appoſuiſſe tacitam* conditionẽ, *ſi obſeruabitur: vt dixi in fine ſextæ declaratiõis. ¶ Quòd autem in inducenda conſuetudine contra legẽ, nõ requiratur ſciẽtia Principis: vide Alex. allegantem loca ordinaria cõſi. mihi. cxlij. viſa facti. ij. col. notant omnes in. d. c. fi. nõ obſtante varietate gloſarum, ibi, & alibi. Niſi agatur de inducenda conſuetudine in ſacramentalibus: quia non tenẽt ſine ſcientia Papæ. gl. fi. in fi. de ſecun. nup. in ver. vir autem. quam extollit ibi Abb. & ſequitur eam hîc. Item requiritur conſenſus Principis in certis alijs caſibus, quos enumerat Do. in. d. c. fi. v. col. verſi. tu dic latius. in. d. paſſu: de quibus feci ſex fallen. legendo. d. c. fi. ¶ Conſyderabam tertiò, iam ſcriptis prædictis, ꝙ Ioan. de Imo. hîc in fi. videtur dubitare de eo, de quo. ſ. fecit feſtum, poſt Cal. & But. de tempore. x. annorum. Nam dicit illum poſſe procedere ſecundum leges: ſed ſecundum canones eſt magis dubium. Et videtur, ꝙ requirantur. xl. anni ad inducendam deſuetudinem contra legem nouam: quia tantum tempus requiritur ad tollendum canonem. d. c. fi. cum gl. Neq; obſtat glo. iij. in. d. c. fi. de conſue. in. vj. quia loquitur in cõſuetudine, quæ eſt prẽter non contra ius. Nõ obſtat tex. in. d. §. leges. quia ille eſt text. Gratiani, qui nõ habuit poteſtatẽ condendæ legis: vt dicũt omnes poſt Io. An. in. c. ij. de reſcri. & dicit iſtud fortè eſſe verius, licet dictum Cal. & But. ſit menti tenendum. Et idẽ tenet Imo. in. d. Cle. fi. ij. col. de æta. & quali. quæ verba mirabiliter turbant hanc materiam: maximè tollẽdo tex. radicalem in hac materia in. d. §. leges. & cogerent quemlibet de hac materia incautè loquentem ſubſtituere. ¶ Nihilominꝰ ex prædictis cõſydera accuratiſsimè, ꝙ duobus modis loquimur in hac materia circa deſuetudinem. Vno modo in deſuetudine circa legem, nũquã obſeruatam. alio modo circa legẽ à principio, & hactenus obſeruatam. ¶ Primo modo. Si cõditor legis ſcit deſuetudinem, non eſt opus tempore: ſed ſufficiunt tot actus maioris partis populi. Ex quibus eliciatur ſuperioris tolerantia. & procedet tex. in. §. leges. allegatus & approbatus vniuerſaliter per omnes gloſſatores & magiſtros noſtros. & conueniunt multi tex. allegati in regula. & difficilẽ, vt puto, audiretur in practica, qui negaret. d. §. leges. toties allegatum. Sed ſi conditor legis ignorat deſuetudinem: tunc quicquid. ſ. dictum ſit tutius eſt tenere, ꝙ requirantur. x. anni. & illi ſufficiant: vt per Cal. & But. licet ſitetiam probabilis illa opi. ꝙ ſufficiant plures actus continuati cõtra legem: vt dixi in proxima conſyderatione. non obſtant notata in. d. c. fi. de conſue. quia loquuntur in conſuetudine, quæ venit ad tollendam legem iam firmatam moribus vtentium. Sed hîc ad impediendum ne liget: quo minus tempus ſufficit, quaſi illa non ſit lex omni integritate perfecta: iuxta ſententiam Pau. & Matthe. in prœmio cle. qui dicunt tria requiri ad eſſe legis. Primò, ꝙ conſtituatur. Secundò, ꝙ promulgetur. Tertiò, ꝙ moribus vtentiũ approbetur. & ſi quid horum deficit, nõ eſt: nec poteſt dici conſtitutio. per dictũ. §. leges, ſecundũ eos. Eſt verum, ꝙ gl. magna in dicto prœmio in ver. & ꝙ ligauerit. tenet, ꝙ imò publicatio ſit vltimꝰ actus perfectiuus legis; per. l. humanum. C. de legi. Et hoc verius, ſecundum Car. ibi: tamen poteſt dici, ꝙ licet publicatio perficiat legem: videtur poſteà neceſſaria obſeruãtia propter gl. hîc. & per prædicta. Bene facit quod in ſimili dixi, in rub. de conſti. poſt Bal. in. d. l. humanum. ad fi. C. de leg. & Pet. de Anc. in regula, nemo, in fi. lib. vj. in illa quæſtione longa, vtrum de eſſentia legis ſit ſcriptura. nam ſecundum iſtos quo ad formam ſubſtantialem, non eſt de eſſentia. Sed bene quo ad accidentalem. i. ad inducendam obligationem ex lege. ¶ Secundò modo poſſumus loqui de conſuetudine contra legem à principio approbatam: & tunc quicquid dicat But. in. d. c. quod circa, videtur vera iſta opi. Imo. ꝙ hoc caſu requirantur. xl. anni. vt etiam tẽtigi in. iij. limitatione quintæ declarationis. Neq; credo, ꝙ tunc ſufficit ſcientia Principis; quia eſt potius quædam patientia, quàm tolerantia diſpenſatiua. iuxta. c. cũ iandudum. Sed non eſt ſic in legenouiter promulgata: quia vt eſt declaratum in proxima declaratione: videtur lata ſub tacita conditione, ſi vniuerſaliter, vel à maiore parte populi recipitur. In lege autem vſitata, iam eſt adimpleta illa cõditio. ¶ Nec videtur bene probari iſta limitatio ad. c. fi. de conſue. videlicet, ꝙ reſpectu temporis non habeat locum, quando Princeps ſcit & tolerat inobſeruantiam legis firmatæ ſemel vtentium moribus. Et pro iſta differentia inter legem nunquam receptam, & legem ſemel receptam, poſteà vſitatam: vt in prima operetur conſenſus Principis, non in ſecunda: videtur aperta deciſio Car. in Cle. fi. in fi. tertiæ oppo. de æta. & quali. ſi bene legatur, iunctis verbis Pauli, ibi relatis per eũ. ¶ Demum aduerte: quia dato, ſed non conceſſo, ꝙ eſſet vera indicta opi. Abb. & Ioã. de. xl. annis, quæ videtur placere Cardi. in prœmio Cle. tamen procederet in deſuetudine contra ius canonicum. ſed contra ius ciuile, vel ſtatutorũ procederet indubitãter quod eſt dictũ de decennio: vt fatetur hîc Imo. & conſuluit Alex. d. conſi. cxlvij. Per quæ idem puto in deſuetudine contra ſtatutũ Epiſcopi: tamen quando Epiſcopus, vel alius ſciret de inobſeruantia: tunc viderentur ſufficere actus cõtrarij: vt hîc per Abb. Si autem ignorat & ſuum ſtatutum à principio non ſeruatur: adhuc videntur ſufficere actus contrarij. Si autem ſeruatur, poſteà incipit non ſeruari: tunc illa noua deſuetudo requirit decennium. Et idem in. l. ciuili. Lex autem canonica à principio tollitur per actus contrarios ſciente ſuperiore. Expoſt autem requiruntur. xl. anni,

a ¶ Adriatici. Adde, ꝙ Veneti ſunt domini maris Adriatici & litorũ eius in genere tãtùm, non autem in ſpecie: qa litora ſunt ciuitatũ adiacẽtiũ litori, ſecundum Bald. in. l. pe. C. de cõdi. inſer. vide Sali. i. l. iij. C. de nau. foe. Bar. in. l. quominus. ij. q. de flu. & in. l. ſanè. ff. de iniurijs. & Barto. Cæp. in. l. eũ qui vectigal. de verb. ſign. & in trac. de fer. ruſti. titu. de ma. re.

ſi fuit à principio obſeruata,etiam ſi Princeps
ſciat.Per.ſ.dicta omnia reducuntur ad iſta vlti
ma verba.Ruminabis iſtum paſſum nullibi ita
plenè & ordinatè examinatum. Reliquis autē
qui de hac materia loquuntur, alleuiauimus la
borē ordinandi tot varietates:ſupereſt eis ſol[9]
labor aliquid altius meditandi.¶ Vltimò not.
bene gl.hîc,ſecūdum Abb.ꝙ vbi confirmatio
exigitur à pari:capitur pro obſeruantia. vnde
infert,ꝙ ſi quis promiſit,ꝙ Titius cōfirmabit
talem contractū:debet intelligi,ꝙ ille obſerua
bit,& approbabit,quod in eo erit. quod bene
no.ſecundum eum.Sed Do.hîc notat iſtam gl.
ꝙ quis dicitur cōfirmare actum, quādo ipſum
ſeruat:licet aliter expreſsè non cōfirmet. vnde
infert notanter,ꝙ ſi aliquis promiſit cōfirma-
re laudum latum,vel facturum & curaturum:
ꝙ aliquis confirmabit:talis dicitur hoc feciſ-
ſe,ſi ille ſeruat:licet aliter non confirmet.quod
nota ſecūdū eum.¶ Pro dicto Abb. vide Bal.
in.l.fi.ver.vlterius nota.C.de legi.vbi dicit, ꝙ
confirmatio eſt manifeſtum ſignum ſuperiori
tatis.& dixit Hoſt.in.c.qualiter.ij.de elec.ꝙ cō
ſiliū non confirmat conſtitutiones:ſed appro-
bat.Papa eas confirmat,quæ fiunt in concilio:
quia cōfirmatio eſt act[9] ſuperioritatis.& ſequi
tur Car.in.c.licet.in.x.contrario.de elect.facit
ad dicenda in.c.j.in prin.tit.proximo.

a ¶ Redeundi.Adde Bar.in aut.habita.ne filius pro patre.in.j.co.in ver.quæro iſtud priuilegiū.&.d.Alex.de Imo.in ſuo conſi.xlvj.ij.parte.vide tamen gl.cōtrariā in aut.de mā.prin.§.neq; autē.in glo.in verſi.cogemur.

SVMMARIVM.

1 *Securitas ſi detur aliqui in eundo debet etiam gaude re eadem ſecuritate in redeundo.in prin.*
2 *Iudex ſecularis,ſi relaxat illum,quem capit in eccle ſia:& dum ad eccleſiam iterum capitur,non dici tur liberè relaxatus.&c.*
3 *Sermo ſimplex regulariter verificatur in prima vi ce,vnde ſecuritas data bannito veniendi, intelli gitur in dubio pro prima vice.hæc regula recipit vij.fallentias.*
4 *Diſpenſatio ad duo curata,intelligitur de primis.*
5 *Diſpoſitio,ſiue obligatio generaliter prolata, cenſe tur impleta vna vice tantùm.*

CAP. II.

INnouamus.

1 ¶ †Dum dicit Abb.ꝙ ſecu-
ritas data in eundo,debet in-
telligi etiam in redeūdo,poſt
Bart.in.l.vtimur.ff.de ſepul.
vio.Idem Abb.& Imo.in.c.quia diuerſitatem.
j.col.de cōceſſ.præb.per illum tex.& Imo.hîc
ſubdens per iſtum text.ꝙ ſi detur alicui ſecuri-
tas:vt poſsit venire ad ciuitatem.& ipſe nō poſ
ſit venire,niſi cum equo;intelligitur data ſecu
ritas pro equo.Item,ꝙ ſi alicui data eſt ſecuri-
tas,vt poſsit conducere mercantias,videtur da
ta,ꝙ etiam poſsit reducere.Adde tex.in tit.de
pace Conſtan.in verſic.nobis intrantibus. per
quem no.ibi Bal.ꝙ quando Imperator intrat
Lombardiam debent viæ & pōtes adaptari ſuf
ficienter in eundo & redeundo.Et adde tex.ſi-
milem iſti,in.c.ego enim.de iureiuran.in ver.
eundo & redeundo.& ibi Abb.in.iiij.col.dicit
idem,quod hîc.& tex.in.c.ſtatutum.§.fi.de re-
ſcri.in.vj.ibi veniendo ſtando & redeundo.Fa
cit dictū Bar.in.l.j.ff.de acqui.re.do.vbi dicit,
ꝙ ſi ſecularis iudex relaxat illum, quem cœpit
in eccleſia:& dum fugit ad eccleſiam iterum ca
pitur:non dicitur relaxatus liberè : quia debet
2 eſſe relaxatus,data ſibi tali libertate,† ꝙ diffici

b ¶ Pro prima vice.Adde do.Alexā.Imo.in.d.l.j.ff.ad l.Iuliā maie.alleg.in tex.& Gemi.in c.j.§.ille verò.in ij.no.de fi.presby.Facit.l.bonæ.§.hoc ſermone,de ver.ſig.&.d.Alexan.ſuo conſi.xv.iiij.parte.

lis ſit eius proſecutio:per illam legem.& per.l.qui neq;.§ ſolutum.
cum ſua glo.ff.de verbo.ſigni.Idem Arch.c.minor. xvij.q.iiij.di-
cens,ꝙ non dicitur fieri reſtitutio,niſi fiat in eodem loco.per.c.
reintegranda.iij.q.j.eſt tex.opt.j.de procu.c.accedens.probans,ꝙ
qui tenetur aliquem reſtituere,non liberatur ab obligatione rela-
xando eum in ſuo territorio:ſed debet illum facere ſecurè produ-
ci extra territorium ſuum ad locum,vbi poſsit morari ſecurè.&
ideò ſecundum Abb.ibi,non valent contractus facti per carcera-
tos,qui extrahuntur ex carceribus,& ſtatim facto contractu repo
nuntur.quod bene no.¶ Sed Domi.hîc tenet contra prædicta, ꝙ
imò ſecuritas data pro eundo ad locum non tutum : non videtur
includere ſecuritatem,etiam redeundi.Inducit illum tex.qui non
expreſsiſſet de redeundo,ſi fuiſſet ſatis dicere de eundo : aliâs iſta
expreſsio fuiſſet fruſtratoria.Idem tenet Domi.in.c.diſciplina.in
antepenul.no.xlv.diſt.& in.d.c.ſtatutum.§.pen.per illos tex.ponē-
tes iſta,vt diuerſa.ergo vnum non comprehendit aliud.¶ Pro re-
ſponſione vide Bar.in.l.j.ad fi.C.de nauicula.lib.vj.vbi primò di-
cit per illum text.ꝙ ſecuritas veniendi includit ſecuritatem rece-
a dendi & redeundi.[a] Et ſi diceres,ꝙ imò ille tex.facit in contrariū:
quia non expreſsiſſet de eundo & redeundo,niſi neceſſe fuiſſet.Re
ſpondet Bar.ꝙ imò eo ipſo,ꝙ conceditur ſecuritas veniendi, vi-
detur conceſſa ſecuritas redeundi.Non enim dicitur ſecurê veni-
re,qui ſecurè redire non poteſt.l.ſciendum.ff.de leg.l.de ætate. ff.
ad Treb.&.d.l.vtimur.Idem Bart.in.l.relegati.in fin.ff.de pœ. Et
ſic tollitur fundamentum Domi.cui etiam reſponderi poſſet, ꝙ
plerunq; cauſa maioris expreſsiōis lex vtitur verbis plenioribus,
quàm ſit neceſſe:vt dixi in.c.ſolitæ.ſ.tit.proxi.ponēdo de verbis,
quæ aliquando nihil operantur. Cognoſcitur autem verborum
ſuperfluitas,quando vnum de ſui natura ſufficiebat.& ita in pro-
poſito:vt dixit Bar.vbi.ſ.& Abb.hîc.¶ Tene menti concluſionē
Abb.ꝙ ſimplex ſignatura refertur ad narrata.& ꝙ ſignatura non
ſimplex ſed determinata inſpicienda eſt,& non ſimplex narratio:
confirmaui multis modis.de reſcrip.c.ſuper literis.ver.quarta cō-
3 cluſio omnia obſtantia &c.¶ †Tene etiam menti famoſam regu-
lam,de qua hîc per Abb.quòd ſimplex ſermo regulariter verifica
tur in prima vice,per.l.boues.§.hoc ſermone.ff.de verbo. ſignifi.
vbi hoc ſermone,dum nupta erit:primæ nuptię intelligūtur.vn-
de ſecuritas veniendi data bannito,intelligitur in dubio pro pri-
b ma vice.[b] Abb.hîc poſt Bar.in.l.j.ff.ad leg.Iuliam maie.Idem Bar.
in.l.dotis.ij.ff.de iure do.& Ang.in.l.vtimur.ff.de ſepul.viola.&
Raph.in.l.ſi mihi & Titio.de verbo.obliga.Corobora regulā plu
ribus aureis dictis ab alio non reductis.Deinde limita per.vij.fal-
len.quibus erunt ordinata multa,quæ apud me paulatim glome-
raueram,apoſtillando apoſtillantes.d.§.hoc ſermone. licet de his
non tractet aliquis modernus,prout atteſtari poſſum: cū omniū
moderniſsimorum & apoſtillatorum habeatur copia in mea bi-
4 bliotheca,rerum omnium curioſiſsima.¶ †Diſpenſatio ad duo
curata intelligitur de primis.c.non poteſt.§.j.de pręben.in.vj.Ad
quod vide Cardi.in Cle.fi.in.j.oppo.de præben.Illegitimus diſpē
ſatus ſuper curato,intelligitur de primo.Ita pronuntiauit Boni.
vij.vt refert Archi.in.c.j.de fil.presby.in.vj.Tamen Io.An.& alij
ibi latè inſiſtūt:vt ibi per Do.qui videtur cum Lapo velle,vt hoc
procedat in diſpenſatione.Secus in legitimatione,de quo eſt per
Rotam de fil.presby.in.j.no.& Pe.de Anch.conſi.mihi. cccxcvij.
tria dubia in cauſa vltrici.iiij.co.Et ibi etiam inuenies multiplici-
5 ter probatum,† ꝙ ſufficit ſemel impleuiſſe obligationem: nec eſt
opus eam iteratò implere.vide etiam Nic.Millium,in ver.diſpen-
ſatio.§.ij.Similiter ſi eſt dictum,ꝙ arbitri poſſent prorogare ter-
minum compromiſsi:& non eſt dictum ſemel,vel pluries,intelli-
gitur de prima prorogatione Bal.in.c.fi.x.col.ibi:dubitatur inſu-
per.de conſuetu.& in.c.olim.de reſcri.& Specu.de arbit.§.excipi
tur.verſicu.quid ſi fuerit actum.per.d.l.boues. Si autem eſſet di-
ctum,ꝙ poſſet prorogare pluries,vide tunc Bald.in locis allega-
tis,per Alexan.in.l.qui bona.§.fi.ff.de dam.infect.Cui adde Bald.
in.c.præſentata.iiij.colum.de teſti.& in.d.c.fi.facultas data patri-
bus concilij generalis de eligendo locum concilio: intelligitur de
prima electione.ideò non variant.Abb.in ſermone habito in cōci
lio Baſileæ inci.maximum.xxiiij.colū.ſi quis emit vuas viridarij,
vel roſas,quæ fructificant bis in anno,debet habere primum fru-
ctum

ctum tantùm,non ſecundum.Bal.in.l. diuortio.§.quod
in anno.ff.ſol.mat.dicens ita fuiſſe diſputatum vltra mō
tes,per illum text.& ſequitur ibi Imo.per.d.l. boues. re-
ſpondens ad quædam contraria formata:ibi per Bald.&
non ſoluta.Si eſt data poteſtas arbitrandi intelligitur ſe-
mel tantùm.Bal.in.l.ſi vt proponis.ad fi.C.quomodo &
quando iud.allegat Inno.de iureiu.veniēs.ſi teſtator reli
quit ſimpliciter eleemoſynam tali conuentui in feſto ſan
cti Laurentij:intelligitur ſolùm de primo feſto venturo
poſt mortem teſtatoris.Bart.in.l.pe.ff.de annuis leg.Li-
centia data monacho,vt poſsit eſſe procurator: intelligi
tur de vna vice tantùm. Idem in licentia data clerico de
abſentando.Idem in licentia data parochiano de cōfiten
do alteri.& idem in ſimilibus.Cal.in diſpu. inci.ex octo
ſtudentibus.iiij.col.ibi:prima licentia. &c. Si promitto
dare in*Calēdis*.intelligitur de primis:niſi illa die eſſent
Calendæ.l.eum qui Calendis.ff.de verb.obl. latê Maria.
in.c.de illis.viij.col.ver.viij.no.de condi.app.allegat alia
multa.Et ꝙ ſi emo fructus prædij,intelligitur de primis:
b vt eſt dictum.¶ Si teſtator[b] reliquit vxorem dominā &
vſufructuariam,& ſuperuiuens ducat ſecundam vxorē:
non intelligitur teſtamentum de illa ſecunda :Bal. in.l.fi.
iiij.col.C.de ind.vidu.ſequitur Fran.de Crema,notabili
ſuo.viij.ſed ipſum impugnat Alexā.conſi.allegando.j.in
iij.fallen.ibi:pro iſta fallentia. & ibi aliquid dicetur. Si
princeps dat tibi priuilegium pro te & hærede tuo : in-
telligitur de primo.Alb.de Roſa.poſt Pe.in.l. beneficiū.
in.vj.col.verſi.ſi autem in priuilegio.ff.de conſti.Princ.
per.l.cum antiquitas.C.de vſufr.¶ Promittens reaptare
molendinum:intelligitur pro vna vice obligari: ſecus ſi
promiſit reaptare & manu tenere reaptatum.Bal.in.l.li-
cet in.iiij.q.C.mand.¶ Licentia de ingrediendo mona-
ſterium monialium expirat per vnum actum : etiam ſi
ille ingrediatur eo die,quo licet omnibus ex priuilegio
ingredi.Albe.in.ij.parte ſta.q.clxxxj.per dominum fra-
trem Vbertū.de quo tamē ibi latius. Epiſcopus vel alius
Prælatus habēs poteſtatem nominandi in prima ſui crea
tione,ꝙ recipiatur in canonicum in aliqua eccleſia:ſi no
minet vnum qui acceptet :poſteà renuntiet : non poteſt
nominare,ſecundum Rotam.de præb.j.in antiquis:quia
per illius acceptationē nominatio ſortita eſt effectum:
ſecus ſi non acceptaſſet.Ita procedat.c.ſi electio.de elect.
in.vj.Si ille,qui eſt obligatus ad dotem, conſtituit illam
ſemel,non tenetur amplius dotare.Bal.in.l.fi.iij.co.C.de
do.promiſ.Statutum,ꝙ ſi locator nihil dixit ante finitā
locationem,intelligatur domus reconducta eiſdem pa-
ctis:habet locum ſolum in prima locatione. Alex. conſi.
mihi.d.Breuiter in caſu præmiſſo edictum,ꝙ ſi quis re-
ceperit vexillum hoſtium habeat tale præmium:intelli-
gitur de primo.Bar.in.l.hoc articulo.ff.de hære.inſtitu.
Promittens repręſentare aliquem coram iudice ad ipſius
iudicis mandatum:liberatur per primam præſentatio-
nem.gl.in.l.duobus.§.j.ver.exhibuerit.ff. de iureiur.Per
quam dicunt ita ibi Benedi.de plum.& Pau.de Ca.Idem
Ioan.An.in Spe.in.iij.parte.de accu.additiōe inci.Odof.
ſi promitto iactum retis,vel fructus:intelligitur de pri-
mis.& ſi prima vice nihil capiatur , vel fructus non na-
ſcuntur:nihil debeo in ſecunda vice.& obligatus ſeruire
certo tempore,ſi non poteſt ſeruire illo,nō tenetur ſup-
plere in alio.Do.poſt Arch.allegando caſus legum,in.c.
ſi propter.viij.colū.de reſcri.in.vj.Et omnia iſta ſimilia
ſunt fundata per regulam.d.l.boues.§.hoc ſermone.cum
ſimilibus.Nec credo,quòd ſis inuenturus ab alio aggre-
gata.¶ Fallit primò dicta regula,quando primus actus
non tenuit:quoniam reiterandus eſt Bal.de reſcr.c.olim.
ij.colum.dicens,ꝙ ſi datur poteſtas arbitro prorogandi,
neq; aliud adijcitur:intelligitur de prima prorogatione.
& hoc ſi prorogatio valuit.Sed ſi nō valuit, intelligitur
de prima,quæ valebit.per.l.hæc conditio.la.j.ff.de con-

di.& demon.&.l.qui ſalutem.ff.de iureiur.Faciunt quæ
habentur per Bal.in.l.ij.ff.de optio.lega.quando faciens
actum fecit nulliter,an poſsit reiterare. de quo pulchrè
per Inno.in.c.in literis.de offi.dele.& ibi dixi in octaua
limitatione.per Bal.in.l.ſi vt proponis.la.j.ad fi.C. quo-
modo & quando iud.& in.l.fi.pen.col.C.de eden.& in.l.
quod quis,in fi.C.de proc.omnino per Alexā.in.l. ſerui
electione.de leg.j.aliquid in.d.l.qui per ſalutem.ff.de iu-
reiuran.Domi.poſt Imo.in.c.ſi compromiſſarius.§.j.de
elec.in.vj.& in.c.nec aptandæ.iiij.co.de conceſ. pręben.
eo.lib.Bal.pulchrè in.l.fi.vj.colum.ibi : quartò quæro.
C.de contrahen.empt.Rotam de præben.j.in antiquis.
Lud.conſi.cccxxix.& facit,quod dicetur.j. in.v. fallentia
de compromiſſo,quod expirauit.Et faciunt multa,quæ
dixi in.c.ex tenore.de reſcrip.ordinando gl. ibi, & regu-
lam,non præſtat.de regu.iur.in.vj.¶ Fallit ſecundò,vbi
ſimplex ſermo profertur in materia,quæ de conſuetudi
ne requirit iterationem.Bal.in.l.j.ij.col.C.de fideicom.
dicens,ꝙ ſi teſtator mandat hæredi,ꝙ debeat veſtire vi
duam,intelligitur donec in viduitate permanſerit:per.l.
plenum.§.equitij.ff.de vſu.& habi.Et non ſufficit, ꝙ det
vnum veſtimentum pro tota vita mulieris : quia veſtes
tritæ non ſufficiunt ad viuendum:ſed moris eſt,ꝙ reno-
uentur quolibet anno, ſecundum eum . ¶ Fallit tertiò.
Vbi datur licentia in materia fauorabili,& quæ recipiat
benignam interpretationem.Cald.latiſsimè.in.d. diſpu.
ex.viij.ſtudentibus.in vlti.char.decidens permulta, ꝙ ſi
ſcholaris debitor iurauit non exire deſtrictum ſine licē-
tia creditoris,deinde licentia exeundi ſimpliciter,& ſim
pliciter concedatur,intelligitur licentiatus: vt non ob-
ſtante iuramento poſsit exire,quoties voluerit.Secus, ſi
licētia eſſet determinata:vt ibi per eum.Illud autē quod
ipſe dixerat in argumentis:vt retuli.ſ.ꝙ licentia data cle
rico de ſe abſentando,& ſimilis: verificatur in prima.Et
diſpenſatio verificata in prima, intelligitur in materia
odioſa & ſtricta.¶ Sed iſta licentia eſt fauorabilis : quia
reponit debitorem in libertate ei conceſſa à iure com-
muni.Poſteà finita diſputatione habuit Calde.notitiam
de diſputa.Old.concludendis,ꝙ ſecuritas data bannito
ſimpliciter qui eam ſimpliciter petijt,intelligitur de pri
ma vice:& reprobat eius deciſionē reſpondendo omni-
bus legibus per eum adductis:& ita reſidet . ¶ Re vera
opinio Oldr.allegatur & approbatur per Barto.in.d.l.j.
ad legem Iuliam maie.quem ſequitur Abb.hîc,& multi
ſuprà allegati. Sed quod mirandum eſt, illi qui allegant
Barto.non reſpondent rationibus Cald. neq; eum no-
minant.Si diceres,ꝙ loquitur in diuerſis terminis: quia
Barto.loquitur in ſecuritate.Cald.autem loquitur in li
centia data debitori.Profectò iſti caſus ſunt valde ſimi
les.Nā ſecuritas data bannito,videtur benignê interpre
tāda : ſicut illa licētia data debitori de exeūdo.Nā vtraq;
reponit quodāmodo ligatū in libertate:vnde quæſiui ſa
tis,& non inueni aliquē decidentem,quis melius loqua-
tur:an Old.an Cald.cogitabis vſq; in craſtinum.¶ Cre-
derem dictum Cald.eſſe verum,propter rationes ſuas.
& quia iſtud videtur conſonum,ꝙ ſi dico ſimpliciter de-
bitori:do tibi licentiam exeundi.intelligitur relaxatum
in totum iuramentum:ex quo ipſe indefinitè petijt , &
materia eſt fauorabilis.Sed dictum Oldr. & Barto.lo-
quitur in ſecuritate data bannito:quæ videtur expirare
per primum actum duplici ratione.¶ Primò,quia vide-
tur odioſa.Intereſt enim reipu.vt bannitus, qui eſt ho-
ſtis patriæ non reuertatur ad eam.Secundò,quia ad re-
laxationem banniti communiter datur certa forma can
cellando de libro bannitorum.vnde ſimplex ſecuritas de
veniendo non videtur operari eam cancellationem:me-
ritò verificatur in prima vice.Cogita tamen:quia multi
tenent contra Cald.per.d.§.hoc ſermone.cui ipſe non vi
6 detur dare ſpeciale reſponſum.¶ Pro iſta fallentia facit

a ¶ Per.l.inter veteres.Ibidē vide Sal.& adde Bart.in.l.omnes populi.iij.q.v.in prin.de iuſt.& iu.& ibi per.d.Alexā.xj.colū.& Ol.cōſi.clxxij.& d.Alex.de Imol.cōſi.xxv.iij.pte.& Pau.de ca.cōſi.cxlviij.&.d.Sozi.cōſi.xliij.inci.viſa prouiſiōe.ver.primò,qa cū ſe.in.j.parte.char.lxxx.iij.& cōſi.cl.inci.& nos introducere.verſic.ſuccedit alia.cir.prin.in.d.part.char.ccxxvj.Sed nunquid videatur æquipollere vniuerſali,à qua vniuerſali negatiua,nihil excipi ſolet:vide per præfatū.d.Sozi.cōſi.cccxxxviij.inci.circa primam.q.ver.primū probatur.circa prin.in.ij.pte.char.ccix.& cōſi.ccxxix.inci.primo aſpectu cōcludendū.ver.rūdeo.in.d.pte.chart.cvj.Et adde Bal.ī marga.ver.teſtator.in fi.& adde Flo.in.l.ſi ſeruitus.in prin.ff.de ſer.vrb.præ.

b ¶ Si teſtator.Adde ꝙ Bar.in.l.hoc ar.ff.de here.inſt.poſuit.q.ſimilē : pone ꝙ teſtator legauit cuilibet ſuæ filiæ,quæ fuerit vidua,centū: quærit an ad legatū admittētur illæ,q̄ viduę erāt tpe teſtamēti:an illæ,quas poſteà cōtigerit viduari.& ibi Bar.tenet ꝙ in dubio in vltimis voluntatibus verbum fuerit,debet intelligi in futuro ſubiunctiui.

